Fertig-De Philostratis Sophistis-1894

DE

PHILOSTRATIS SOPHISTIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS,

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE ATQUE CONSENSU

IN

ACADEMIA JULIO-MAXIMILIANEA WIRCEBURGENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES CAPESSENDOS

SCRIPSIT

DR. JOANNES FERTIG.

Bamberg 1894.

Fr. Humann'sche Buchdruckerei (Fr. Göttling).

De Philostratis sophistis cum superioribus temporibus a multis saepe eisque viris doctis quaesitum est, tum recentiore aetate Bergkius[1]) et Rohdius[2]) disceptaverunt, utrum tres an quattuor sophistae, Philostrati appellati, participes essent librorum, qui illorum nomine ad nos permanserunt. Neque tamen eam ob causam hanc provinciam mihi praereptam esse puto; nam, ut alia omittam, Bergkius ipse librum, qui „Gymnasticus" inscribitur, in dubio reliquit, utrum Philostrati II. an Philostrati III. esset. Rohdius autem, qui paulo post Bergkio adversatus est, non ita rectum de his sophistis fecit judicium, id quod paulo infra demonstrabo. Accedit, quod adhuc nemo eorum, qui hanc controversiam dijudicatum ibant, suam de Philostratis sententiam stabilivit documentis, quae et ex dicendi genere et ex rebus ipsis peterentur atque in medium proferrentur. Omnium enim illorum, qui ante me hanc quaestionem tractabant, judicium niti maximam partem sola conjectura, quis est qui neget? Itaque operam non perdidisse mihi videor hanc inquirendi viam ingressus, ut probabilia non conjectura una sequerer, sed testimoniis defenderem, ea, quae jam afferam, recte se habere.

Atque in conscribendo hoc opusculo eam rationem sum secutus, ut, antequam ad rem ipsam aggrederer, genere et libris Philostratorum presse descriptis ea, quae viri doctissimi his de sophistis censuerunt, paucis exponerem, tum Rohdii de Philostratis opinionem refutare conatus jam Bergkii excuterem judicium. Brevi autem gravissimorum librorum comparatione inter se de orationis similitudine instituta jam mea sententia ita absolvitur atque argumentis comprobatur, ut primum ex singulis scriptis ea afferam,

1) Bergk Th. V. Abhandlungen zur Gesch. der Philosophie und Astronomie. Leipzig 1883 pag. 175—184.

2) Göttinger gelehrte Anzeigen 1884. I. B. pag. 32—38.

quae dicendi genere sunt inter se diversa, deinde progrediar ad ea, quae inter se repugnant, tum jam ea tractem, quae imitando efficta esse videntur. Summa denique facta eorum, quae supra sunt allata, postremo omnia sub unum subiciuntur aspectum.

De Philostratorum oratione ipsa, quam in hac re diligentius inspexi, fusius et copiosius exponere neque mihi licet, — angustis enim finibus mihi circumscribendus est hic libellus — neque plurimum profecerim ea explicatione hoc loco facta — certas enim dicendi leges ad comprobandam meam de Philostratis sententiam pertinentes ut inde extricarem atque elicerem plures mihi non contigit.

Itaque de dictione universa his ab sophistis usurpata postea, nisi forte Guilielmus Schmid describens Philostratorum dicendi genus in illo eximio opere, quod „Atticismus" inscribitur, me antevenerit, occasione data pluribus disseram.

Restat jam ut de scriptis, quae hanc ad rem spectant atque nuper demum publici juris sunt facta, perpauca commemorem. Atque philologis Germanis, qui superiore anno Vindobonam convenerant, cum alia tum haec confecta atque dedicata sunt opera:

a) Philostrati Majoris Imagines .... recensuerunt Seminariorum Vindobonensium Sodales.

b) Gymnastisches in Philostrats Eikones von Julius Jüthner. (Eranos Vindobonensis pag. 308—330.)

His utilibus ex libris, quid in usum meum contulerim, ex singulis infra locis intellegi potest.

Ea praemonenda duxi de meo libello, quem jam commendo benevolorum aestimatorum judicio.

I.

De familia et scriptis Philostratorum.

Hi sophistae Lemno insula oriundi secundo atque tertio saeculo post Chr. n. magna florebant litterarum laude multosque variis de rebus libros confecisse traduntur, quorum plurimi interierunt, ut hi tantum etiam supersint cum suavitate orationis, tum argumenti varietate singulares.

a) Atque perbrevis dialogus, qui „Nero“ inscribitur et Luciani scriptis immixtus ad nos pervenit, illi sophistae rectissime abrogatus est a Kaysero, qui hunc libellum Philostrato II. reddendum esse censet. Quae facinora ab imperatore Nerone Isthmum Corinthium scissuro sint perpetrata, ibi narratur a Musonio Rufo exule.

b) Inprimis doctrinae Pythagoreorum celebrandae causa jam confecta est octo libris Juliae Domnae jussu „Vita Apollonii Tyanensis“, quae vocatur. Quod opus, quamvis multa exhibeat prodigiose conficta, tamen aptissimum est ad animos theologorum aeque alliciendos atque philologorum et historicorum.

c) Eloquentiae vero qualis imperatorum primis saeculis fuerit ratio atque vis, optime intellexeris ex eo libro, qui „Vitae sophistarum“ inscribitur. Sophisticae enim scholae quae instituta fuerint, declamationis quae genera, auditionis publicae quae praemia — Kayseri judicio — non facile aliunde didiceris plenius.

d) Ut utriusque exercitus principes, qui olim ad Trojam pugnantes laude virtutis praeter ceteros florebant belli socios, novo splendore illustrentur, eo „Heroicus“ qui dicitur — liber in dialogi formam redactus — spectat. Atque heroes quales fuerint belli Trojani, ita ibi exponitur, ut sophistes Homeri narra-

tionem magnam partem secutus nonnunquam hinc discedat commenticio Protesilai testimonio nixus.

e) „Gymnasticus“ autem recentiore demum aetate in publicum totus atque integer [1]) rediit — codice nuper detecto — M. Mynae, hominis natione Graeci opera, vel, ut rectius dicam, Ch. Darembergi merito. Neque parvi momenti hic libellus est; redundant enim inde multi et largi fructus ad cognoscendam artem gymnasticam, qualis fuerit apud veteres.

f) „Imagines priores“, quae vocantur, jam exhibent descriptionem pinacothecae Neapolitanae (haud scio an fictae) LXIV tabulas complectentis; ex imitatione hujus operis profectae sunt

g) „Imagines posteriores“, prae prioribus Imaginibus haud ita perfectum — si orationem spectes — scriptum, quod mutilum etiam superest.

h) Ab auctore ipso bis in publicam lucem emissae esse videntur „Epistulae“, quae nostram ad memoriam sunt servatae in Philostratorum operibus.

i) Unum denique „epigramma“ restat ex Philostrateis, quod „*ἐς εἰκόνα Τηλέφου τετρωμένου*“ inscribitur.

Quibus sophistis, cum omnibus idem esset nomen, facile factum est, ut jam veteribus grammaticis, quae scripta unicuique Philostratorum essent attribuenda, non satis liqueret.

Atque hac in re praecipuus nobis est auctor Suidas [2]), qui de Philostratis haec memoriae prodit:

„*Φιλόστρατος ὁ πρῶτος, Λήμνιος, υἱὸς Βήρου, πατὴρ δὲ τοῦ δευτέρου Φιλοστράτου, σοφιστὴς καὶ αὐτός, σοφιστεύσας ἐν Ἀθήναις, γεγονὼς ἐπὶ Νέρωνος, ἔγραψεν λόγους πανηγυρικοὺς πλείστους, καὶ λόγους Ἐλευσινιακοὺς δ', μελέτας, ζητούμενα παρὰ τοῖς ῥήτορσι, ῥητορικὰς ἀφορμάς, περὶ τοῦ ὀνόματος (ἔστι δὲ πρὸς τὸν σοφιστὴν Ἀντίπατρον), περὶ τραγῳδίας βιβλία γ', γυμναστικόν (ἔστι δὲ περὶ τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐπιτελουμένων), λιθογνωμικόν, Πρωτέα, κύνα ἢ σοφιστήν, Νέρωνα, θεατήν, τραγῳδίας μγ', κωμῳδίας ιδ', καὶ ἕτερα πλεῖστα καὶ λόγου ἄξια.*

1) Nonnullae „Gymnastici“ particulae in medium sunt prolatae paulo ante a C. L. Kaysero. Philostrati libri de gymnastica, quae supersunt, ed. C. L. Kayser, Heidelbergae MDCCCXL.

2) Suidae lexicon ex editione Imm. Bekkeri. Berolini MDCCCLIV.

Φιλόστρατος Φιλοστράτου τοῦ καὶ Βήρου, Λημνίου σοφιστοῦ, καὶ αὐτὸς δεύτερος σοφιστής, σοφιστεύσας ἐν Ἀθήναις, εἶτα ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασιλέως καὶ ἕως Φιλίππου, ἔγραψε μελέτας, ἐπιστολὰς ἐρωτικάς, εἰκόνας ἤτοι ἐκφράσεις ἐν βιβλίοις δ', διαλέξεις, αἶγας ἢ περὶ αὐλοῦ, Ἀπολλωνίου βίον τοῦ Τυανέως ἐν βιβλίοις ή, ἀγοράν, ἡρωικόν, βίους σοφιστῶν ἐν βιβλίοις δ', ἐπιγράμματα, καὶ ἄλλα τινά· πλὴν πρῶτος ὀφείλει κεῖσθαι.

Φιλόστρατος Νερβιανοῦ ἀδελφόπαιδος Φιλοστράτου τοῦ δευτέρου, Λήμνιος, καὶ αὐτὸς σοφιστὴς καὶ παιδεύσας ἐν Ἀθήναις, τελευτήσας δὲ καὶ ταφεὶς ἐν Λήμνῳ, ἀκουστής τε καὶ γαμβρὸς γεγονὼς τοῦ δευτέρου Φιλοστράτου, ἔγραψεν εἰκόνας, παναθηναϊκόν, Τρωικόν, παράφρασιν τῆς Ὁμήρου ἀσπίδος, μελέτας έ, τινὲς δὲ καὶ τοὺς τῶν σοφιστῶν βίους ἐπ' αὐτὸν ἀναφέρουσιν."

Accedit testimonium ex „Imaginibus posterioribus" petitum, ubi ab auctore ejus libelli haec in prooemio commemorantur: „*ἐσπούδασταί τις γραφικῆς ἔργων ἔκφρασις τῷμῷ ὁμωνύμῳ τε καὶ μητροπάτορι . . .*"

Quae si omnia recte se haberent, tale Philostratorum stemma gentile esset describendum:

Aetate imperatoris:		Scripsit:
Neronis	Philostratus I.	Neronem — Gymnasticum
Severi usque ad Philippum	Filia nupta Nerviano — Philostratus II. Nervianus — Filia I. — Filia II.	Vitam Apollonii — Vitas sophistarum — Heroicum — Imagines - Epistulas eroticas
Domitiani Aureliani	Philostratus III.	Troicum (= Heroicum) — Imagines

Secundum Suidam Philostratus I. fuit imperatoris Neronis temporibus ejusdemque filius Philostratus II. aetate Severi usque ad Philippum, id quod nullo modo factum esse potest. Praeterea, si illum in Imaginibus posterioribus locum et Suidae testimonium spectes, Philostratus III. sororem suae matris — secundam dico Philostrati II. filiam — in matrimonium duxit. Num autem verisimile est Philostratum II. fuisse Philostrati III. avum eundemque socerum?

Quantas difficultates haec testimonia praebeant, cum jam multi disputaverint, non alienum esse mihi videtur inprimis paucis afferre verbis illorum hac de re judicium.

II.

Quid singuli eique docti viri de his Philostratis censuerint.

Atque ordinem quasi ducat

Joannes Meursius[1]).

Erroris manifestum tenet hic vir Suidam, qui dicat Philostratum I. sub Nerone, Philostratum II. Severi fuisse temporibus; nam illum hujus esse avum maternum, non patrem. Deinde „Hesychii falsi“ [2]) auctoritate nixus prius Imaginum opus Philostrato I., alterum autem Philostrato II. (auctori vitae Apollonii, Heroici, Epistularum) attribuit; librorum de sophistis vero auctorem esse Philostratum III. Quod Suidas tradiderit, Philostratum III. Nerviani *ἀδελφόπαιδος* Philostrati II. fuisse filium, Meursius non recte illud se habere monet, sed loco emendato legendum esse: „*Φιλόστρατος Νερβιανοῦ ἀδελφόπαις Φιλοστράτου τοῦ δευτέρου.*“

Non aliter atque Meursius his de sophistis judicat

Vossius[3]),

qui censet Philostratum II. (auctorem vitae Apollonii) ejus Philostrati, qui Vespasiani et Titi temporibus fuerit, ex filia esse

---

1) Jo. Meursii dissert. de Philostratis. Praemissis editis ab eo epistulis. Amsterd. MDCXVI.

2) *Φιλόστρατος ὁ Λήμνιος ὁ τὰς εἰκόνας γράψας υἱὸς ἦν τοῦ πρώτου σοφιστοῦ Φιλοστράτου Λημνίου· οὗτος ὁ δεύτερος ἐσοφίστευσεν ἐν Ἀθήναις, εἶτα ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασιλέως.*“ Quo de libello K. Krumbacherus in opere suo, quod „Geschichte der Byzantinischen Litteratur…“ inscribitur, haec commemorat: „Dafür (für den vollständigen *Ὀνοματολόγος* des Hesychius) haben wir ein kleines und recht nichtnutziges Büchlein mit dem vielversprechenden Titel: „*Περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων σοφῶν*“, in welchem man früher den Hesychius zu finden glaubte.“

3) Ger. Joan. Vossii ars hist. lib. II. cap. XV. Lugd. Bat. MDCLXIII.

nepotem et Severi aetate floruisse; at justius inter historicos nomen mereri Philostratum III. hic vir existimat eumque vitas sophistarum confecisse; Philostratum II. autem hujus esse patruum et socerum.

Ut supersedeam singula persequi, quae hac de quaestione

Joannes Jonsius[1])

protulit, — hic enim et ipse vitam Apollonii Philostrato II., vitas sophistarum autem Philostrato III. reddendas esse censet — jam exponam, quam de his Philostratis sententiam aperuerit

Nanus Tillemontius[2]).

Atque hic quidem arbitratur vitas sophistarum idcirco non ab auctore vitae Apollonii scriptas esse verisimile videri, quod in vita Dionis[3]) Apollonius reprehendatur a scriptore vitarum sophistarum. — Illum enim ex dignitate philosophi se minime gessisse Tillemontius errore captus censet, id quod ex illis in vita Apollonii verbis V. 39. intellegitur. — Primum locum tribuit historicus ei, (Philostrato I.), qui vitam Apollonii scripsit eundemque Imaginum prior., Heroici Epistularumque esse auctorem existimat, Philostrato II. autem Tillemontius Imagines post. adjudicat et Philostrato III. vitas sophistarum.

Sed haec hactenus;

J. Alb. Fabricius[4])

quod his de sophistis fecerit judicium, paucis jam absolvam: Cui viro auctor vitae Apollonii, Imaginum prior., Heroici Epistularumque Philostratus II. esse videtur, vitae sophistarum et Imagines poster. Philostrato III. ab hoc attribuuntur.

Olearius[5])

deinde exstitit atque haec attulit emendandi consilia:

Non recte se habere illud Suidae testimonium: „*Φιλόστρατος ὁ πρῶτος . . . . γεγονὼς ἐπὶ Νέρωνος, ἔγραψε λόγους . . . .*“,

---

1) Joan. Jonsius: De scriptoribus Hist. philos. lib. III. cap. XIII.

2) Nanus Tillemontius, Hist. imp. vita Severi, articula XXXVII.

3) vit. soph. 7 (20 - 24). Singulos infra locos attuli ex editione C. L. Kayseri. Lipsiae MDCCCLXXI.

4) J. Alb. Fabricius: Bibliotheca Graeca, lib. IV. cap. XXIV.

5) Philostratorum editio Oleariana. Lipsiae 1709. Praefat. pag. I—XIII.

sed restituto loco legendum esse ita: „*Φιλόστρατος ὁ πρῶτος ..... ἐπὶ Νέρωνα ἔγραψε, λόγους ...*“ (= scripsit contra Neronem); explicaturum enim nonneminem „*γεγονώς*“ addidisse; aeque depravatum esse, monet, illud in Imaginibus post. testimonium, quod paulo supra attuli; nam pro „*μητροπάτορι*“ restituendam esse vocem „*μητρωΐῳ* vel *μητρῴῳ*“ (= avunculo, sororis filio). Meursii conjectura, qui pro: „*Φιλόστρατος Νερβιανοῦ ἀδελφόπαιδος*“ emendandum esse censet: .... „*ἀδελφόπαις*“, probata repugnat jam Olearius Vossio, Jonsio, Meursio, Tillemontio de auctore vitarum sophistarum, atque has Philostrato II., scriptori vitae Apollonii, reddendas esse judicat aeque atque Heroicum, Imagines prior., Epistulas exceptis illis ad Aspasiam litteris, quas una cum Imaginibus posterior. Olearius Philostrato III. tribuit.

Valesius[1])

autem vitarum sophistarum auctorem putat esse eundem, qui vitam Apollonii memoriae mandaverit, idque confirmari illo in vitis sophistarum loco 77 (6): „*τοῦτο μὲν δὴ ὁπόσοις τρόποις ἀπέθανον, εἴρηται σαφῶς ἐν τοῖς ἐς Ἀπολλώνιον.*“ Epistulas vero haud dubie Philostrati (III.) Lemnii esse, atque ab hoc eodem Heroicum et Imagines (priores) esse confectas. Menandrum rhetorem docere Valesius monet; praeter hos fuisse etiam alium Philostratum, Phil. Lemnii ex filia nepotem ejusque Imaginum esse alterum opus. Atque haec quidem de Valesio.

Veniamus jam ad ea, quae

Heynius[2])

commemorat his de sophistis. Atque praeter antiquiorem aliquem sub Nerone rhetorem duos fuisse hic tenet Philostratos; a Philostrato II. scriptam esse vitam Apollonii, Imagines, Heroicum, Philostrato III. autem reddendas esse vitas sophistarum et Imagines (posteriores).

Theoph. Christoph. Harlesius[3])

vero duos distinguit Philostratos, quorum uni vitam Apollonii, He-

---

1) Henr. Valesii emend. lib. V. ed. P. Burmanno. Amsterd. MDCCXL pag. 59, 100.

2) Ch. Gottl. Heyne: Opuscula academ. V. pag. 12. Göttingen 1785.

3) Th. Ch. Harles: Introductio in hist. linguae Graecae, pag. 421. Altenburg 1792.

roicum, Imagines, vitas sophistarum, Epistulas tribuit, alteri „Imaginum librum singularem“ adjudicat.

Ut omittam de eis, quae

Boissonadius[1])

attulit, pluribus disserere — hic enim et ipse existimare videtur vitam Apoll., Heroicum, Imagines (priores), vitas sophistarum ab uno eodemque sophista, Philostrato II., confectas esse — jam pergam ad judicium, quod de Philostratorum scriptis fecit

Fr. Jacobsius[2]):

„Quod ad orationis genus attinet, pro meo quidem sensu nihil impedit, quominus Suidas verum tradiderit, qui vit. Apoll., vit. soph., Imag., Heroic. a Philostrato II. esse composita narrat. Certum est, in omnibus illis operibus . . . . magnam esse sermonis similitudinem, eundem colorem et ingenii quasi cognationem.“

Kayserus[3])

denique auctorem vitae Apoll. sine controversia etiam sophistarum vitas scripsisse arbitratur atque huic eidem Philostrato (II.) adjudicat Gymnasticum, Imagines prior., Heroicum, Epistulas, Neronem; — libros Philostrati I. enim interisse omnes existimat Kayserus — Imagines poster. autem et libellum de inimicitiis Philostrati III. esse hic censet.

Recentioribus temporibus jam exstitit

Bergkius,

qui nusquam non Valesii vestigia premit, nisi quod „Epistulas“ Philostrato II. tribuit. Aeque atque Olearius reicit illud Suidae testimonium: *„Φιλόστρατος ὁ πρῶτος γεγονὼς ἐπὶ Νέρωνος“*, neque tamen illius conjecturam: *„ἐπὶ Νέρωνα ἔγραψε“* sequitur, sed haec verba ab Hesychio privato consilio esse adscripta censet. Praeterea Bergkius in Suida improbat illud: *„Φιλόστρατος Νερβιανοῦ ἀδελφόπαιδος Φιλοστράτου τοῦ δευτέρου“* Meursiique

1) Philostrati Heroica ed. J. Fr. Boissonade. Parisiis MDCCCVI.

2) Philostr. Imagines ed. Fr. Jacobs. Lipsiae MDCCCXXV.

3) Flav. Philostrati vit. soph. ed. C. L. Kayser. Heidelb. MDCCCXXXVIII. Praefat. p. XXXIII . . . — Philostrati libri de gymnastica, quae supersunt ed. C. L. Kayser. Heidelbergae MDCCCXL. Praef. p. X sqq. — Fl. Philostrati, quae supersunt ed. C. L. Kayser. Turici MDCCCXLIV. Praefat.

assentitur illi, quam antea attuli, conjecturae. Testimoniis Menandri rhetoris atque anonymi epitomatoris nixus Heroicum et Imagines prior. Philostrato II. abrogat tribuitque Philostrato III. haec scripta Philostratum IV. addens, cui adjudicet Imagines posteriores. „Gymnasticus“ utrum sit Philostrati II. an Philostrati III., a Bergkio non dijudicatur.

Cujus viri sententiam paulo post impugnavit

Erwinius Rohdius.

Negat quidem hic et ipse Philostratum II. et Philostratum III. „Imaginum“ esse auctores, quippe cum Philostratus junior majorem vocet avum; Philostratum III. autem secundum Suidam fuisse discipulum et generum Philostrati II. Illud Suidae testimonium: „*Φιλόστρατος, Νερβιανοῦ ἀδελφόπαιδος τοῦ δευτέρου Φιλοστράτου*“ ita defendit, ut emendato loco haec legenda esse existimet: „*Φιλόστρατος Νερβιανοῦ ἀδελφόπαιδος τοῦ πρώτου Φιλοστράτου.*“ Quod Bergkius monet genus dicendi in „Heroico et Imaginibus prioribus“ observatum valde abhorrere ab oratione Philostrati II., nihil hoc probat Rohdius atque argumentorum illorum momenta ex Menandro rhetore et anonymo epitomatore allata ad „Imagines posteriores“ pertinere censet. Itaque „Imagines priores“ attribuit Philostrato I., „Imagines posteriores“ autem atque „Heroicum“ una Philostrato III. adjudicat. „Gymnasticus“ utrum a Philostrato II. an Philostrato III. sit confectus, a Rohdio et ipso in quaestionem non vocatur.

Ac de singulis sententiis, quae usque hunc ad diem de Philostratorum libris sunt pronuntiatae, satis dictum sit.

III.

Diligentius jam quaestionem instituam de Bergkii et Rohdii judiciis

modo relatis — quippe quae maxime hoc ad opus pertineant — et accuratius ea, quae hi viri in medium protulerunt de Philostratis, excutiam, utrum plane res se habeat, ut illi recte dicere sibi videntur, necne.

A. Atque prius quidem de Rohdii opinione — haec enim disputatio rebus proxime commemoratis continuatur et jungitur — disseram jamque hoc loco ex parte, quoad quidem erit necesse, meam de Philostratis sententiam iniciam, unde appareat, non semper recta suspicatos esse illos viros, quamvis magna veneratione ceteroquin prosequenda sit eorum sapientia.

Antehac tamen velim mihi liceat testimonia Menandri rhetoris et illius anonymi epitomatoris huc pertinentia transscribere, quo facilius judicari possit de Rohdii sententia. Atque Menander rhetor haec commemorat[1]). *Ἀλλ' ὅταν ἁπλουστέρα (ἡ ἐξαγγελία) τυγχάνῃ καὶ ἀφελεστέρα, οἷα ἡ Ξενοφῶντος καὶ Νικοστράτου καὶ Δίωνος τοῦ Χρυσοστόμου καὶ Φιλοστράτου τοῦ τῶν Ἡρωικῶν τὴν ἐξήγησιν καὶ τὰς Εἰκόνας γράψαντος.*

Alterum testimonium hoc est[2]): *Τούτου τοῦ Φιλοστράτου ἔοικεν εἶναι καὶ τὰ ἐς τὸν Τυανέα Ἀπολλώνιον· ἐν τούτῳ γὰρ τῷ βιβλίῳ μέμνηται τῶν εἰς τὸν Τυανέα ὁ Φιλόστρατος· τούτου φαίνονται εἶναι καὶ αἱ ἐρωτικαὶ ἐπιστολαί. Τοῦ δὲ Λημνίου Φιλοστράτου, τοῦ τὰς Εἰκόνας γράψαντος, μέμνηται οὗτος ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ ἐπαινῶν τὸν ἄνδρα.*

Mihi quidem Menander rhetor illis verbis Imagines priores, ut sunt arte insigniores, commemorasse videtur; neque enim erat, cur discernerentur „Imagines priores“ hoc loco a „posterioribus“, quippe cum illae una cum Heroico afferrentur. Imagines autem priores et Heroicum separari non posse, paulo infra demonstrabo.

Aeque anonymum illum epitomatorem Imaginum priorum (non posteriorum) mentionem fecisse existimo. Nam posteriores Imagines, si commemoratas voluisset, illum ejusmodi notam appositurum fuisse verbis: „*τοῦ τὰς Εἰκόνας γράψαντος*“ equidem mihi persuasi. Quid plura? aut „priores“ solas noverat epitomator ille, aut utrumque opus ita ei notum erat, ut Imagines posteriores non dignas esse putaret, propter quas Imaginibus prioribus hoc apertissime planissimeque adscriberet.

---

1) Rhet. Graec. T. III. p. 389 (ed. Spengelius).

2) Cod. Vatic epitomes vit. soph. cf. vit. soph. ed. Kayserus Heidelbergae 1838 pag. XXXVIII.

Accedit aliud testimonium ex Philostrati II. libro, qui „vitae sophistarum“ inscribitur, allatum, cf. pag. 126 (31): *„Περὶ δὲ Φιλοστράτου Λημνίου καὶ τίς μὲν ἐν δικαστηρίοις ὁ ἀνὴρ οὗτος, τίς δὲ ἐν δημηγορίαις, τίς δὲ ἐν συγγράμμασι, τίς δὲ ἐν μελέταις, ὅσος δὲ ἐν σχεδίῳ λόγῳ . . . . οὐκ ἐμὲ δεῖ γράφειν.“*

Philostratus III. igitur, cui Rohdius Imagines posteriores adjudicat, hoc loco eximia laude propter facundiam ornatur; at Imagines posteriores dicendi genere multo infra orationis elationem altitudinemque sunt et in Heroico et in Imaginibus prioribus elucentem, ut, haec si compares scripta, Imagines posteriores haud ita absolutae et perfectae esse videantur.

Praeterea autem Philostratus ille tertius a Philostrato II. in vitis sophistarum pag. 117 (11) his verbis commemoratur atque collaudatur: *„Φιλοστράτῳ γὰρ τῷ Λημνίῳ . . . δύο καὶ εἴκοσιν ἔτη γεγονότι ἀναρριπτοῦντί τινα αὐτοσχέδιον . . .“* et ibidem pag. 122 (19): *„ἀλλ' ὅμως καὶ μετὰ ταῦτα Φιλοστράτῳ τῷ Λημνίῳ λειτουργιῶν ἀτέλειαν ἐπὶ μελέτῃ ἐψηφίσατο τέτταρα καὶ εἴκοσιν ἔτη γεγονότι . . .“*

Eum igitur, qui a Philostrato II. his tantis efferatur laudibus, qui praematuro ingenio praeditus XXII annorum adulescens Olympiae in publico habuerit orationem subitam et fortuitam, qui ab imperatore Caracalla propter declamationes praeter ceteros tum sophistas immunitate sit donatus viginti quattuor natus annos, eum profecto, Imagines posteriores si scripsisset, maiorem orationis elegantiam — qua quidem Heroicus est insignis — fuisse exhibiturum, nonne est verisimile?

Itaque non recte Rohdium judicare equidem censeo, cum dicat, nihil impedire, quominus Imagines illae intellegantur „Imagines posteriores“, utrumque enim auctorem et Menandrum rhetorem et epitomatorem anonymum ambigue dicere de Imaginibus.

Quae si cui nondum satis comprobata esse videantur, jam nonnulla documenta ex dicendi genere petita afferam, unde appareat per sermonis genus non licere Heroicum et Imagines posteriores una attribuere Philostrato III.

Nam magna in similitudine verborum usus — ipse enim Philostratus junior in praefatione[1]) Imaginum posteriorum profitetur,

1) pag. 390 (9 . . .) *ἐσπούδασταί τις γραφικῆς ἔργων ἔκφρασις τῷμῷ*

se avi, qui Imagines priores conscripsit, vestigia legere — nonnulla in Imaginibus posterioribus inveni, quae sunt diversa ab Heroico.

Atque Heroicus habet omnibus locis:

a) verbum simplex „ἑρμηνεύειν“ (interpretari); nunquam inveniuntur verba composita cf. pag. 129 (32), 158 (24), 162 (6), 167 (6) (18), 183 (6). Imagines posteriores omnibus locis exhibent verba composita: ἐφερμηνεύω: 402 (10), 405 (17), 414 (15), ἀφερμηνεύω: 406 (21), 409 (26), nusquam verbum simplex.

b) verbum „ἐπισπέρχειν ἑαυτόν“ (properare) in Heroico nusquam repperi, Imagines posteriores illud verbum his locis habent: 396 (31), 404 (13), 408 (13), 410 (2), σπέρχειν ἑαυτούς: 411 (26).

c) vox „στέφανος“ in Heroico tribus locis mihi occurrit: 147 (1), 159 (18), 208 (18), nusquam „στεφάνη“; Imagines posteriores uno loco hanc vocem praebent, non formam „στέφανος“ sed „στεφάνη“: 410 (11).

d) vox „ἱδρώς, ῶτος“ in Heroico invenitur: 150 (4) et 152 (2); in Imaginibus posterioribus haec vox non saepius quam uno loco occurrit, non forma „ἱδρώς, ῶτος“ sed „ἵδρωσις, εως“: 412 (28) ἵδρωσις ἐπανθοῦσα.

e) Heroicus duobus locis exhibet „ἐφεξῆς“ 185 (31), 206 (4); Imag. post. semel hanc vocem habent, sed formam „ἑξῆς“: 408 (22).

f) in Heroico inveni vocem „ἀνεκτός“: 156 (32), Imag. post. praebent formam „ἀνασχετός“: 411 (2).

Perscrutemur jam, nonne, quantum ad verba supra commemorata attinet, „Heroicus et Imagines priores“ melius inter se congruant: a) verbum „ἑρμηνεύειν“ in Imag. prior. pariter [295 (12) (31)] atque in Heroico [129 (32), 158 (24), 162 (6), 167 (6) (18), 183 (6)] simplex invenitur, nunquam compositum ἐφ-, ἀφ-ερμηνεύειν ut in Imaginibus post.

b) verbum „ἐπισπέρχειν“, quod in Imag. posterioribus quinque locis inveni, neque in Heroico, neque in Imag. prioribus occurrit, cum in utroque opere nonnunquam ea offeratur occasio;

ὁμωνύμῳ τε καὶ μητροπάτορι λίαν ἀττικῶς τῆς γλώττης ἔχουσα . . . . . ταύτης κατ' ἴχνη χωρῆσαι θελήσαντες . . . .

ut paucos aliis omissis commemorem locos: Her.: 139 (10), 148 (15), 179 (14), 197 (1), 214 (26), 218 (9).

Imag. priores: 303 (24), 315 (7), 331 (14), 333 (6) (21), 356 (32), 388 (3).

c) vocem „στέφανος", quam in Heroico pag. 147 (1), 159 (18), 208 (18) inveni, Imagines priores quoque exhibent his locis: 297 (28), 298 (2) (12), 299 (5), 301 (4), 313 (11), 316 (10) (27), 320 (8), 325 (2), 329 (10), 336 (2), 372 (10), 385 (10), nusquam formam „στεφάνη", cum Imag. posteriores, uno loco, quo invenitur haec vox, habeant „στεφάνη".

d) vocem „ἱδρώς, ῶτος" in Heroico repperi: 150 (4), 152 (2); aeque Imag. priores praebent hanc vocem: 323 (30), 332 (20), 337 (1), 349 (20), 373 (3), nusquam „ἵδρωσις, εως", cum Imagines posteriores uno, qui exstat ibi, loco exhibeant formam „ἵδρωσις" (ἐπανθοῦσα 412 (28)).

e) Aeque in Imag. prioribus cf.: 312 (27), 315 (1), 364 (10), atque in Heroico cf.: 185 (31), 206 (4) occurrit vox „ἐφεξῆς", cum in Imag. posterioribus reperiatur forma „ἑξῆς".

f) vox „ἀνεκτός" obviam facta in Heroico: 156 (32) in Imag. prioribus quoque offertur: 343 (9); Imag. posteriores uno, quem inveni, loco habent „ἀνασχετός": 411 (2).

Quae cum ita sint, equidem non intellego, quo iure Rohdius negaverit, quidquam esse in Heroico et Imag. posterioribus, quod nos vetet haec duo scripta uni eidemque auctori attribuere, Philostrato III. Sed jam doctum illum virum non sententiae meae esse repugnaturum, censeo, quippe qui in exeunte illa disputatione haec profiteatur: „Mir also will es, bis etwa genauere Untersuchungen andres wahrscheinlicher gemacht haben, als das Glaublichste erscheinen, dass Philostratus III., Enkel des ersten, Neffe und Schwiegersohn des zweiten Philostratus, der Verfasser der jüngeren Eikones, des Heroicus und wohl auch des Gymnasticus sei."

Rohdius, qui ratiocinationibus solis nixus Heroicum et Imag. posteriores Philostrato III. attribuit, ipse concedere videtur, se hanc rem obiter perlustravisse. Itaque neque operae neque diligentiae me pepercisse arbitror aggressum hanc ad quaestionem, ut indagarem atque exquirerem, num recte se haberet illius viri de Philostratis judicium, jamque et rationis conclusionibus et argumentis e dicendi genere petitis satis — quantum quidem hoc

fieri poterat — me comprobasse existimo, non „Imagines posteriores et Heroicum“ — id quod Rohdius censet — sed „Imagines priores et Heroicum“ una ejusdem esse auctoris.

Sed haec hactenus; de „Heroico et Imaginibus prioribus“ paulo infra pluribus verbis disseram.

B. Rohdii sententia refutata redeamus jam ad judicium

Bergkii.

Ut jam supra dixi, hic Valesii insistit vestigiis, nisi quod „Epistulas“ Philostrato II. tribuit. Ego, cum Bergkii opinionem sequar universam, tamen hunc nonnulla haud ita recte judicasse censeo.

Atque inprimis quidem, quod Bergkius defendit Meursii illam conjecturam: *„Φιλόστρατος Νερβιανοῦ ἀδελφόπαις* (pro *ἀδελφόπαιδος*) *Φιλοστράτου τοῦ δευτέρου“*, equidem non esse arbitror, cur Suidae illud *„ἀδελφόπαιδος“* emendetur, vel, ut rectius dicam, depravetur. Gravibus causis illud *„ἀδελφόπαιδος“* bene defendit Rohdius, cui hac in re, neque tamen in illa conjectura: *„Φιλόστρατος Νερβιανοῦ ἀδελφόπαιδος Φιλοστράτου τοῦ πρώτου“* (pro *δευτέρου*) assentior. Nonne enim fieri potest, ut liberi eorundem parentum XV vel XX annis vel pluribus inter se aetate differant? Nonnulla ejusmodi exempla afferre possum, sed aliis me jam supersedere puto hoc uno satis luculento commemorato.


In urbe Asciburgio quartam gymnasii, quod vocatur, classem frequentabat puer quidam, nomine Büttnerus; in prima ejusdem gymnasii classe erat discipulus et ipse Büttnerus appellatus. Qui interrogatus, num frater illius pueri natu majoris esset, se ejus „avunculum“ esse se jactabat; avunculus igitur tribus annis natu erat minor quam sororis filius. Haec atque talia his diebus eveniunt atque evenient in posterum; quae, cur antiquis temporibus accidere non potuerint, equidem non intellego.

Mirum igitur mihi videtur, cur Bergkius illud *„ἀδελφόπαιδος“* repudiaverit, cur Rohdius ita servaverit, ut dicat legendum esse *„ἀδελφόπαιδος τοῦ πρώτου Φιλοστράτου* (pro *δευτέρου*) atque affirmaverit teste Suida Philostratum III. fuisse natu minorem quam ut filiam Philostrati II. in matrimonium ducere posset. Num enim incredibile est dictu filiam (neptem?) Philostrati I. quindecim vel viginti annis natu majorem fuisse ipsius fratre Philostrato II.?

Praeterea, qua ratione, quo testimonio nixus neget quisquam praeter hanc filiam a Philostrato III. in matrimonium ductam alias quoque filias natu majores fuisse Philostrati II.? Meo enim judicio Suidae testimonium universum erit tenendum, quamdiu non absurda et inepta ratio inde efficietur, aut aliis argumentis, velut e dicendi genere ductis, comprobatum erit, non se recte habere, quae Suidas tradidit.

Quae si jam probabuntur, nihil erit, quod prohibeat, quominus Philostratus III. filiam Philostrati II. aliquot annis natu minorem duxerit uxorem; quidquod tantum temporis intervallum efficietur, ut conjux Philostrati III. vel decem annis post ipsius maritum nata esse possit, licet hujus conjugis pater sit avunculus magnus Philostrati III.

Talem igitur iam gentis originem esse describendam judico:



Videamus jam, utrum stemma supra descriptum re probetur necne: Sit filia II. Philostrati II. viginti annos nata, ejusque maritus Philostratus III. viginti quinque annos; quae si ita se habeant, Philostratus II. aetatis annum agat XL.—XLV., ipsiusque soror — avia Philostrati III. — sit anus LXV vel LXX annorum.

Ex eis, quae supra exposui, apparet Philostratum II. viginti fere annis esse majorem natu potuisse Philostrato III., ipsius genero. Hunc autem in lucem editum esse anno CXCI., cum intellegatur e vitis sophistarum 117 (11), 122 (20), Philostratus II. natus sit circiter annum CLXX.; eum enim literarum laude floruisse Septimio Severo regnante cum Suidas testis est, tum

De Philostrati II. magistris [1]) in vitis sophistarum haec inveniuntur: Atque

Proclum

1) Fasti Romani . . . by H. Fynes Clinton. Oxford 1845. I. 159.

novimus 106 (16) nonaginta tum fuisse senem annorum, cum conficiebantur vitae sophistarum; quod cum factum sit circiter annum CCXXX. — Gordiano [1]) enim anni CCXXIX. proconsuli dedicatae sunt vitae sophistarum — constat Proclum non natum esse post annum CXL. Indidem 109 (6)

Antipatrum

cognoscimus LXVIII annos natum inedia propter necem Getae a fratre Antonio Caracalla perpetratam anno CCXII. paulo post hunc annum decessisse; unde facile colligitur natum esse Antipatrum circiter annum CXLIII. Tertius Philostrati II. idemque Philostrati III. magister in vitis soph. 116 (22), 117 (11), 120 (3) commemoratur

Hippodromus,

quem non ante annum CXLIII. vel CL. natum esse ex locis supra dictis concluditur.

Quae cum ita sint, in Philostratum II. etiam haec testimonia conveniunt de ejus magistris e vitis sophistarum allata, unde apparere Bergkius dicit, Philostratum II. non anno CLI., sed circiter annum CLXX. esse natum, neque avum eum esse potuisse Philostrati III.

Atque haec quidem de Philostratorum familia; satis superque enim ex eis, quae supra commemoravi, patere existimo perfacile illud Suidae: *„Φιλόστρατος Νερβιανοῦ ἀδελφόπαιδος τοῦ δευτέρου Φιλοστράτου“* defendi posse.

Librum, qui „Gymnasticus“ inscribitur, a Bergkio non et ipsum ex orationis genere dijudicatum esse, utrum Philostrati II. an Philostrati III. esset, equidem non potui non valde mirari, praesertim cum ab illo paulo supra commemoratum esset, Heroicum et Imagines priores vel longissime abhorrere — genus dicendi si compararetur inter se — a vita Apollonii et vitis sophistarum. At huic Bergkii judicio adeo non assentior, ut contra affirmem, quam maximam esse vitis sophistarum et vitae Apollonii cum Heroico et Imaginibus prioribus orationis similitudinem. Quam non recte se habeat Bergkii illa de Heroico et Imaginibus prioribus sententia, ut demonstrem, permulta similis dicendi generis exempla, quae mihi in comparatione singulorum operum obviam

1) Rudolf, Leipziger Studien VII, 5.

sunt facta, afferre possum, sed, ne sim multus, vereor. Itaque paulo infra gravissimos tantum locos proferam, quo facilius intellegi possit, quamvis similes aut pares loci inveniantur, nihil licere unam hanc orationis similitudinem respicientem de singulis operibus Philostratorum sententiam ferre, id quod non tam a Bergkio quam ab aliis factum est. Velut C. L. Kayserus [1]) perpaucis eisque levissimis locis nixus — paululum enim similes esse videntur — etiam illum Philostrati I. libellum, qui „Nero" [2]) inscribitur, Philostrato II. attribuit. Quam rationem Philostratorum libros dijudicandi si quis ingressus erit unam, omnia haec opera ab uno eodemque scriptore esse confecta non poterit perperam non censere; tanta enim est conspicua dicendi generis similitudo in libris, quos supra commemoravi. Quo factum est, ut ego quoque initio putarem Heroicum et Imagines priores et ipsas una cum vita Apollonii et vitis sophistarum . . . . Philostrati II. esse. Rem autem iterum atque saepius perscrutatus nonnulla in Heroico et Imaginibus prioribus inveni, et quae — genus dicendi si spectes — abhorrent a libris Philostrati II., et quae aut rebus in illis libris expositis contraria aut imitatione inde expressa videntur. Prius tamen quam haec exponam, velim mihi liceat ex nonnullis Philostratorum scriptis inter se collatis gravissima quaeque, ut jam supra dixi, afferre, quo melius cognosci possit, non ita recte Bergkium de oratione in Heroico et Imaginibus prioribus observata judicasse.

IV.

De Philostratorum operibus inter se comparatis.

Atque ordinem quasi ducant

Vita Apollonii	vitae sophistarum:
8 (8), 69 (22), 123 (24) ἄξιον δὲ μηδὲ . . . παρελθεῖν	64 (22) ἄξιον δὲ μηδὲ . . . . παρελθεῖν

1) Fl. Philostrati, quae supersunt . . . ed. C. L. Kayser. Turici MDCCCXLIV. Praef. pag. XXXIII. Ibid. Prooem. Neron. pag. 355 et „Notae in Neronem" pag. 373 sqq.

2) Cum brevior sit „Nero" quam ut cum aliis Philostratorum scriptis comparari possit, Suida teste et ex illo in „vita Apollonii" testimonio pag. 179 (1) Bergkio auctore hic libellus Philostrato I. est reddendus.

Vita Apollonii	et vitae sophistarum:
10 (31) κακὸς τὰ ἐρωτικά	102 (19) κακῷ τὰ ἐρωτικά
14 (1) τό τοι μνημονικὸν . . . καὶ ὑπὲρ τὸν Σιμωνίδην ἔρρωτο	13 (27), 106 (16) τὸ δὲ μνημονικὸν . . . καὶ ὑπὲρ τὸν Σιμωνίδην ἔρρωτο
18 (18), 47 (13), 330 (7) γόνυ οὐδαμοῦ κάμψασαι (κάμηλοι)	77 (32) γόνυ κάμψωμεν
18 (18) ἐπέστρεψεν ἐς ἑαυτόν	93 (18) ἐς ἑαυτὸν ἐπέστρεψεν
71 (26) τὸ ἐς πατέρα καὶ μητέρα ἧκον	98 (12) τὸ ἐς πατέρα ἧκον.
73 (20), 99 (13) ὅτε δὴ καὶ ἐτελεύτα	82 (9), 93 (32) ὅτε δὴ καὶ ἐτελεύτα.
99 (13) ἄνδρα ἀγαθὸν φαίνεσθαι	14 (6) ἄνδρα ἀγαθὸν φαίνεσθαι
125 (22), 149 (20) ἀπὸ τῆς κρηπῖδος τοῦ νεὼ . . . . . . διελέχθη.	44 (24) καὶ ἀπὸ τῆς κρηπῖδος τοῦ νεὼ διελέχθη.
139 (11), 161 (22) οἱ παρατυχόντες τῷ λόγῳ	16 (31) παρατυχὼν . . . . τῷ λόγῳ . . .
152 (3) ὧδε ἐβραχυλόγησε	27 (13), 55 (8), 81 (25) ὧδε ἐβραχυλόγησε
160 (26) γυμνάσιον μὲν ἐξεποιήθη	43 (9) ἐξεποιήθη καὶ γυμνάσιον
188 (7) ἐκ σοῦ πεῖσμα ἐγὼ βάλλομαι	6 (8) πεῖσμα . . . ἐξ Ἀκαδημίας ἐβέβλητο.
190 (20) καὶ τὴν φωνὴν ἐπάρας, παρ' ὃ εἰώθει	41 (26) ἐπάρας τὴν φωνήν, ὥσπερ εἰώθει.

Vita Apollonii et vitae sophistarum:

204 (30), 242 (30) *ἀλλὰ μὴ πλείω ὑπὲρ τούτων*	52 (21) *μὴ πλείω ὑπὲρ τούτων*
209 (2) *ἐς τὰ τῶν Γυμνῶν ἤθη*	77 (25) *ἐς τὰ τῶν Γυμνῶν ἤθη*
212 (26), 290 (31) *ἐς διαβολάς μου κατέστη*	68 (18) *ἐς διαβολὰς καθίστατο τοῦ . . . .*
225 (10) *ἐς πεῖραν . . . . αὐτῆς ἀφιγμένος*	37 (32) *ἐς πεῖραν αὐτοῦ ἀφιγμένος.*
248 (15) *κέντρα ἐπ' αὐτοὺς ἡρμένοι τὴν γλῶτταν*	58 (12) *πᾶν κέντρον ἡρμένος τῆς ἑαυτοῦ γλώττης.*
279 (31) *οὐ καταρχὰς ἐπεμνήσθην*	14 (28) *οὐ καταρχὰς ἐπεμνήσθην.*
297 (4) *βιβλίον πρόχειρον ἔχειν αὐτὸν τὰ μὲν σὺν ὀργῇ . . . .*	123 (16) *βιβλίον ἔτι πρόχειρον ἔχοντι (αὐτῷ) καὶ ἀναγιγνώσκοντι αὐτὸ σὺν ὀργῇ*
301 (15) *πάρισα ἐπιτηδεύων καὶ ἀντίθετα*	15 (4) *τὰ πάρισα καὶ τὰ ἀντίθετα . . . εὑρηκέναι*
303 (2) *ἀνοιδῆσαί τι τῶν σπλάγχνων*	92 (15) *ἀνοιδησάντων αὐτῷ τῶν σπλάγχνων*
318 (9) *πηγαὶ μὲν οὖν εἰσι πλούτου*	56 (16) *πηγαὶ δὲ αὐτῷ τοῦ πλούτου.*
320 (22) *ἀρτίοις τὰ σώματα*	115 (6) *ἄρτιος τὸ σῶμα*
339 (15) *οἱ τῶν λόγων ἐκπεσόντες*	22 (21), 72 (26), 113 (30) *λόγου ἐκπεσεῖν*
341 (20) *ἀκέραιος . . . . καὶ ἄρτιος*	28 (27) *ἀκέραιός τε καὶ ἄρτιος.*

Insequantur jam

Vita Apollonii	et Heroicus:
8 (11) μειράκιον γὰρ δὴ Ἀσσύριον . . . . ἧκον	152 (2) μειράκιον οὖν Ἀσσύριον ἧκον.
11 (20) ταυρηδὸν ὑποβλέψας	170 (1) ταυρηδὸν ὑποβλέψας
38 (4), 50 (26), 158 (27), 203 (21) εὐξάμενοι τοῖς θεοῖς καὶ θύσαντες	210 (4), 215 (1) ἀπῆλθον εὐξάμενοι καὶ θύσαντες
54 (24) ὑπὸ τοῦ χρόνου περιτετριμμένον	141 (18) περιτρίψας αὐτὸ ὁ χρόνος
78 (31) ἥδιστα καὶ ἀλυπότατα	133 (21) ἥδιστα καὶ ἀλυπότατα
95 (15), 138 (18) πλείω ἢ σὺ γιγνώσκων	149 (1), 176 (26) πλείω . . . ἢ ἐγὼ γιγνώσκεις
97 (4) ἐρώτα, ἔφη, ὅτι βούλει	134 (8) ἐρώτα, ξένε, ὅτι βούλει
100 (16) Ὁμήρου ἐπαινέτου ἔτυχεν	160 (17) Ὁμήρου ἐπαινέτου ἔτυχεν
101 (30) σοφώτερος ἐμαυτοῦ γέγονα	133 (7) σοφώτερός τε ἐμαυτοῦ γίγνομαι
105 (2), 328 (13) προτείνας τὴν χεῖρα	184 (8) τὼ χεῖρε προτείνας
114 (28) τριταῖον κειμένον	205 (12) τριταῖον δὲ κειμένον
124 (24) νεώς τε ἐπιτυχόντες	210 (16) νεὼς γὰρ ἐπιτυχών
137 (7) οὐκ ἐσάγεται αὐτὸν ἐς τὰ ποιήματα	160 (18) οὐκ ἐσηγάγετο ἐς τὰ ἑαυτοῦ ποιήματα

Vita Apollonii	et	Heroicus:
139 (11), 161 (22) οἱ παρατυχόντες τῷ λόγῳ		194 (6) παρατυχεῖν .... τῷ λόγῳ
152 (21) ἐνέβη ναῦν ἀποχρῶσαν τῷ κοινῷ		134 (26) ἐμβῆναι ναῦν ὡς ἀποχρῶσαν ὁμοῦ πᾶσιν
153 (22) νῆσος ἐκ τῆς θαλάττης ἀνεδόθη		212 (6) ἱκετεύει ἀναδοῦναί τινα ἐκ τῆς θαλάττης νῆσον
163 (22) δαιμόνιά τε καὶ πρόσω ἀνθρώπου		195 (4) δαιμόνιόν τε καὶ σοφίας πρόσω.
177 (11) ἡ ἐκβολὴ τοῦ λόγου		207 (9) (18), 153 (3) τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου
180 (20), 326 (10) ἄριστα δὴ ἀνθρώπων		165 (12) ἄριστα δὴ ἀνθρώπων
180 (32) κοιμίζεσθαι αὐτῷ τὴν λύπην ὑπὸ ...		197 (31) κοιμίζοις δὲ καὶ τὰς λύπας
186 (6) σφόδρα γὰρ δέομαι		204 (11) σφόδρα γὰρ δέομαι
213 (9), 242 (14), 250 (17), 253 (22), 292 (15), 300 (26), } καὶ εἰπὼν ταῦτα		179 (12) καὶ εἰπὼν ταῦτα
218 (2) καὶ καθεύδειν, ὡς ἔτυχεν		170 (15) καὶ τὸ, ὡς ἔτυχε, καθεύδειν
262 (16), 310 (12) τί δοκῶ σοι λέγων ἢ τί πράττων;		164 (11) τί γὰρ σοφὸν ἢ εἶπεν .... ἢ ἔπραξεν;
272 (29) ἐπιτηδείως μοι εἶχες		139 (1) ἐπιτηδείως μοι ἔχων
277 (11) τί δὲ οὐ μέλλω;		200 (9) τί δὲ οὐ μέλλω;
279 (8) (19) τὰς ἐκβολὰς τοῦ Ἀχελώου .... ᾤκησεν		212 (4) ... τὰς ἐκβολὰς τοῦ Ἀχελώου ᾤκησεν

Vita Apollonii	et Heroicus:
293 (29) σημαίνων ἀπὸ γλώττης	157 (9) ἀπὸ γλώττης . . . . . . σημαίνειν
306 (30) διεβεβλήμην δὲ πρὸς χρήματα	200 (27) διεβέβλητο γὰρ πρὸς χρήματα

Sed haec hactenus; comparentur vero inter se

Vita Apollonii	et Imagines priores:
15 (23) κατ' ἄλλος ἄλλο τῆς χώρας	355 (18) κατ' ἄλλος ἄλλο τοῦ ἀνδρῶνος
47 (13), 330 (7) γόνυ οὔπω κάμψαντι (ἐμοί)	374 (8) οὐδὲ γόνυ κάμψας, 384 (14) τὸ γόνυ κάμπτουσα
54 (24) ὑπὸ τοῦ χρόνου περιτετριμμένον	326 (18) περιτέτριπται ὑπὸ τοῦ χρόνου
54 (30) προσδέχομαι τὸν λόγον	331 (27) οὐ προσδέχεται τὸν λόγον
67 (3) λίθοις ὑποστράπτει	295 (23) ἤστραπτε ... καὶ λίθοις
123 (22) πεῖσμα βάλλεσθαι ἐκ	312 (6) ἰδοὺ καὶ πεῖσμα βάλλονται
125 (11), 324 (27), 325 (16) ἐπειδὴ Μοίραις ἐδόκει ἕτερα	353 (4) κλώθουσι Μοίραις δοκοῦν
134 (6) ἡ μὲν θάλαττα ὑπτία	363 (27) μήθ' ὑπτία θάλαττα
147 (18) τὴν ταινίαν, ἣν ἀναδεῖται	299 (4) ταινίαις αὐτὸν ἀναδήσοντες
176 (20) στεφάνους πλέκειν	301 (4), 336 (2) στέφανον πλέκει
176 (31) ἐν κορυφαῖς τοῦ Ὀλύμπου	330 (27) ἐν κορυφαῖς τοῦ Ὀλύμπου

Vita Apollonii et Imagines priores:

177 (29) γῇ κρᾶσιν ἀσφάλτου καὶ θείου παρεχομένη	365 (10) ἀσφάλτου καὶ θείου παρεχομένη (νῆσος) κρᾶσιν
193 (12) ἀφορμὰς παραδώσεις λόγων, 227 (18)	295 (13) ἀφορμαὶ δὲ τῶν λόγων
194 (9) ὑπέχειν τὴν κεφαλὴν τῷ	385 (15) τὴν κεφαλὴν ὑποσχεῖν τῷ . . . .
200 (24) τὸ περὶ τοῦ ξύλου λεγόμενον	308 (22) τὸ περὶ τῶν φοινίκων λεγόμενον
224 (1) αἴρονται ἀπὸ γῆς	348 (12) αἴρονται ἀπὸ τῆς γῆς
233 (15) οὐδενὶ πρὸς τρόπου, 301 (17)	308 (4) ὡς πρὸς τρόπου τοῖς . . . 354 (2)
236 (9) ὄχλον παρέχειν	295 (18) παρεῖχεν ὄχλον
245 (17) συγχωρεῖς γὰρ που	363 (29) συγχωρεῖς γάρ που
256 (30) ἐπεὶ μὴ ὁμόσε χωρῶν	359 (4) ὁμόσε κεχώρηκε τοῖς . . .
270 (23), 332 (3) (20) ἀνήκοος τοῦ λόγου . . .	311 (6) ἀνήκοον ἔσται τοῦ λόγου.
292 (23) τὰ τοῦ . . . . . πράττειν	323 (2) τὰ τοῦ . . . . . πράττειν
295 (28) τὸ στόμα οὕτω ξύμμετρον	347 (22) στόμα ξύμμετρον cf. 354 (16)
295 (27) κόμη ἡλιῶσά τε καὶ . . .	295 (1) κόμην οἶδε . . . καὶ ἡλιῶσαν, 350 (31) κομᾷ ἐν ἡλιώσῃ κόμῃ

Vita Apollonii	et	Imagines priores:
324 (9) *εἰ δὲ μὴ σαφῶς τι . . . φράζοιμι*		296 (4) *εἴ τι μὴ σαφῶς φράζοιμι.*

Ut jam haec absolvam, afferantur

Vitae sophistarum	et	Heroicus:
13 (3) *κατὰ τὴν Ξέρξου ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἔλασιν*		209 (24) *ἡ Ξέρξου ἔλασις ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα*
14 (6) *ὑποτίθεται, ἃ χρή . . .*		180 (10) *ὑποτιθεμένῳ, ὡς χρή . . .*
16 (31) *παρατυχὼν τῷ λόγῳ*		194 (6) *παρατυχεῖν . . . τῷ λόγῳ*
26 (1) *πλείω μὲν ἀφεῖναι . . . δάκρυα*		182 (13) *πολλὰ μὲν δάκρυα ἀφῆκεν*
30 (2) *συνετίθει . . . λόγον*		180 (26) *συνετίθει λόγους*
46 (24) *οὐ χεῖρον δὲ καὶ . . . δηλῶσαι*		191 (21) *οὐ χεῖρον δὲ ἀκοῦσαι*
48 (19), 78 (22), 119 (3) *ἀνεπήδησε τοῦ θρόνου*		163 (1) *ἀνεπήδησε . . τοῦ θρόνου*
52 (23) *ἡ δὲ ἰδέα . . θερμὴ καὶ ἐναγώνιος*		152 (1) *θερμὸν οὕτω καὶ ἐναγώνιον γίγνεται*
55 (24) *ἄριστα δὲ ἀνθρώπων*		171 (4) *ἄριστα δὲ ἀνθρώπων*
59 (10) *τὸ ἐπὶ θάτερα*		199 (18) *ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα*
61 (9) *ἐνῆφθαι δὲ αὐτὸν καὶ δοράς*		192 (10) *δορὰς δὲ . . . . ἐνῆπτο*
61 (30) *τὴν δὲ γλῶτταν . . . πῶς ἐπαιδεύθης . . .; οὐ γάρ μοι τῶν ἀπαιδεύτων φαίνῃ.*		132 (21) *τὴν δὲ φωνὴν . . . . . . πῶς ἐπαιδεύθης; οὐ γάρ μοι τῶν ἀπαιδεύτων φαίνῃ.*

Vitae sophistarum et	Heroicus:
82 (31) λαμπρᾷ τῇ φωνῇ	174 (8) λαμπρᾷ τῇ φωνῇ
84 (29) ἔδοξε δὲ καὶ μειρακιώδης	178 (24) μειρακιώδης δὲ .... δόξας
85 (4) λόγου δὲ ἥκοντος ἐς τοὺς	156 (27) λόγου ἐς αὐτοὺς ἥκοντος
87 (3) ἐξελὼν τοῦ λόγου	161 (3) ἐξαιρῶν ἅπαντος λόγου
91 (27) ὅθεν διέκειντο πρὸς αὐτὸν ὡς πρὸς πατέρα παῖδες	167 (4) διέκειντο γὰρ ὡς παῖδες πρὸς πατέρα
91 (31) ὁπότε ἐς μνήμην τοῦ ἀνδρὸς τούτου καθίσταιντο	161 (6) οὔτε ἐς μνήμην κατέστη τοῦ ἔργου τούτου
92 (12) ἐκαρτέρει τὰ ἐξ αὐτοῦ	152 (24) καρτερήσαντα τὰ ἐκ τῶν ποιμένων
106 (5) δραχμὰς καταβαλόντι ἐξῆν	129 (3) καταβαλὼν σοι δραχμίν
115 (12) μὴ δεύτερα ... ἡγείσθω τις	207 (14) πάντα δεύτερα ἡγούμενος
118 (8) φαιδρόν τε καὶ γοργὸν βλέπων	151 (27) δοκεῖ καὶ φαιδρὸν καὶ γοργόν

Quid opus plura? attingantur jam breviter

Vitae sophistarum et	Imagines priores:
7 (14) καὶ ἱστορίαν συγγράφειν ἱκανὸς ἦν	353 (15) συγγράφειν μὲν οὐχ ἱκανός
26 (1) πλείω μὲν ἀφεῖναι .... δάκρυα	311 (13) δάκρυά τε ἀφιέναι.

Vitae sophistarum et Imagines priores:

Vitae sophistarum	Imagines priores
26 (12) *καὶ ἀπαρακαλύπτως ἐκώμαζεν*	297 (12) *μὴ ἀπαρακαλύπτως κωμάζειν*
28 (7) 30 (21) *καὶ οὐ χρὴ θαυμάζειν, εἰ . . .*	316 (2) *καὶ οὐ χρὴ θαυμάζειν, εἰ . . .*
30 (2) *ἡ . . . ξυνετίθει . . λόγον ὡς ἐρῶντος*	344 (24) *ἡ μητρυιὰ ξυνθεῖσα λόγον ... ὡς ἐρῴτο*
43 (25) *πολλὰ δὲ ἔθνη κυνῶν*	335 (4) *τὰ ἔθνη τῶν κυνῶν*
52 (12) *φρόνημα καλῶς ὑποκρίνασθαι*	375 (18) *καλῶς ὑποκρίνεται τὴν πάλην*
53 (22) *ἡνία τε ἐμβέβληται*	374 (11) *ἐμβέβληκε δὲ ἡνίαν*
56 (5), 117 (9) *περιωπὴν ἔχοντα τοῦ . . .*	375 (14) *περιωπὴν ἔχειν τοῦ . . .*
57 (15) *ὡς πρὸς τρόπον ...*	308 (4), 354 (2) *ὡς πρὸς τρόπον . . .*
59 (10) *τὸ δὲ ἐπὶ θάτερα*	347 (7) *τὸ δὲ ἐπὶ θάτερα*
60 (30) *ἐν ὑπήνῃ πρώτῃ*	337 (18) *ἐν ὑπήνῃ πρώτῃ*
61 (10) *ἄθλους τε ποιεῖσθαι τοὺς . . . .*	361 (10) *τοῦτο ἑλεῖν πεποίηται ἆθλον*
77 (32) *γόνυ κάμψωμεν ...*	374 (8), 384 (14) *τὸ γόνυ κάμπτουσα . . .*
85 (4) *λόγου δὲ ἥκοντος ἐς . . .*	322 (8) *λόγου ἐς αὐτοὺς ἥκοντος . . .*
102 (26) *οἰκίας οὐδὲ εὖ πραττούσης*	382 (18) *οἰκίας οὐκ εὖ πραττούσης*

Vitae sophistarum	et Imagines priores:
106 (24) ἔξω καιροῦ ἐνοεῖτο	317 (3) ἔρριπται . . ὡς ἔξω τοῦ καιροῦ
110 (16) ἐλεεινὰ τὰ τῆς ἡλικίας φαίνεται	300 (6) ἐλεεινὸς μὲν τῆς ἡλικίας
124 (23) ἀνασείων τὴν χεῖρα	348 (11) τὼ χεῖρε ἀνασείουσιν

Ne sim multus; conferantur denique inter se

Heroicus	et Imagines priores:
129 (20) τὸ τρυγᾶν ἀμπέλους,	369 (21) τρυγῶντας τὰς ἀμπέλους
133 (27) ἐκ λειμῶνος ἀκηράτου	345 (16) λειμῶνες, οὓς ἀκηράτους ὠνόμαζες
141 (17) περιτρίψας δὲ αὐτὸ ὁ χρόνος	326 (18) καὶ τὰ μὲν περιτέτριπται ὑπὸ τοῦ χρόνου
146 (12) ἡ εὐαρμοστία τοῦ σώματος	374 (18) δι' εὐαρμοστίαν τοῦ σώματος
150 (28) τὸ μὲν οὐ χρὴ θαυμάζειν . . .	316 (2) καὶ οὐ χρὴ θαυμάζειν
156 (27) λόγου ἐς αὐτοὺς ἥκοντος	322 (8) λόγου ἐς αὐτοὺς ἥκοντος
158 (6) ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος	368 (15) αἱ δὲ ἀπὸ συνθήματος
168 (28) ἀγῶνα Ἀθηναῖοι ἤραντο	383 (22) Ἀθηναῖοι . . . . ἀγῶνα ἀράμενοι
173 (12) ὁπόσα ἐς . . . ἥκει . . .	294 (2) ὁπόση ἐς . . . . ἥκει . . .

Heroicus	et Imagines priores:
182 (5) περιαχθεὶς τὼ χεῖρε	357 (17) περιῆκται ... τὼ χεῖρε
183 (2) ὑπέσχε τὴν κεφαλὴν τοῖς λίθοις	385 (15) τὴν κεφαλὴν ὑποσχεῖν τῷ σκηπτῷ
185 (21) πεπλανημένον τοὺς ὀφθαλμοὺς	386 (21) πεπλανημένον... ... τὴν τῶν ὀφθαλμῶν ἔννοιαν
195 (4) σοφίας πρόσω	373 (11) σοφίας πρόσω
199 (18) ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα	347 (7) τὸ δὲ ἐπὶ θάτερα
200 (10) τὴν ... κόμην ἀμφιλαφῆ ...	327 (29) ἀμφιλαφοῦς γὰρ τῆς κόμης ...
205 (5) ἀναβαλομένῳ τὸν ... γάμον	320 (11) ἀνεβάλετο τὸν... γάμον
218 (2) σταδίους μάλιστα δισχιλίους	312 (4) σταδίους μάλιστα .. τέτταρας

Postremo autem afferantur pauci eorum locorum, quos sive pariter sive similiter atque vita Apollonii, vitae sophistarum, Heroicus, Imagines — ut omissis aliis scriptis haec tantum commemorem — et ipse exhibet „Gymnasticus“.

Ac primum quidem tractentur

Gymnasticus	et vita Apollonii:
262 (20) δρόμου αἰτίας καὶ πυγμῆς καὶ πάλης	184 (31) οὐ πάλης καὶ πυγμῆς καὶ .... ἆθλα
262 (32) κατὰ τοὺς χρόνους, οὓς ..	197 (27), 254 (10), 272 (25) κατὰ τοὺς χρόνους, οὓς ..
263 (15) ἐγύμναζεν (αὐτοὺς) τῷ πολέμῳ	140 (30) γυμνάζεσθε γὰρ πολέμῳ

Gymnasticus	et vita Apollonii:
271 (19) καὶ ξυγχωρῶ τῷ λόγῳ	97 (14), 135 (1) ἐγὼ δ'οὐ ξυγχωρῶ τῷ λόγῳ
271 (25), 282 (22) καὶ οὐ χρὴ θαυμάζειν	117 (16) οὐ χρὴ θαυμάζειν
271 (29) ἀρθήσεται ἀπὸ τῖς γῆς	224 (1), 348 (12) αἴρονται ἀπὸ τῆς γῆς
264 (28), 273 (7) τὸν νόμον τὸν ἐπὶ τοῖς .... κείμενον	108 (6), 261 (12) τὸν νόμον τὸν ἐπὶ τοῖς .... κείμενον
275 (4) τὸ ἐρρῶσθαι τὸ σῶμα ...	69 (15) καὶ γὰρ τὸ σῶμα ἔρρωτο
277 (21) εὐμήκης τοὺς δακτύλους	77 (10) δάκτυλοί τε εὐμήκεις
282 (30) κατὰ ταὐτὰ τοῖς ...	210 (20) κατὰ ταὐτὰ τοῖς ... cf. 306 (19)
283 (21) ἀκέραιός τε καὶ ἄτρωτος	341 (20) ἀκέραιος ὢν καὶ ἄρτιος
283 (16) ὡς ἐγὼ τῶν .... ἤκουον	169 (1) ὡς μὲν ἐγὼ Τελεσίνου ἤκουον
284 (3) ἐξ ἀκηράτου καὶ καθαρᾶς ὕλης	47 (6) ψυχὴ καθαρὰ καὶ ἀκήρατος
284 (19) ταῦτα εἰρήσθω μοι cf. 286 (17), 287 (6)	303 (30) εἰρήσθω δέ μοι ταῦτα ...
284 (8) εὐάγωγοί τε καὶ εὐήνιοι	112 (22) εὐήνιον δὲ ... ... καὶ εὐάγωγον
284 (31) ἐπὶ πολὺ τῆς θαλάττης	90 (5) ἐπὶ πολὺ τοῦ πελάγους

Gymnasticus	et vita Apollonii:
290 (27) τρίτῃ ἀπ' ἐκείνης ἡμέρᾳ	161 (23) τρίτῃ ἀπὸ τῆς ἐκλείψεως ἡμέρᾳ

Ut alia omittam, jam componantur inter se

Gymnasticus	et vitae sophistarum:
262 (32) κατὰ τοὺς χρόνους, οὕς . . .	47 (26) κατὰ τοὺς χρόνους, οὕς . . . cf. 73 (18), 92 (28) . . .
264 (5) εὐαγγέλια ἀπάγων τῆς νίκης	22 (26) περὶ τὰ εὐαγγέλια τῆς νίκης
271 (8) οἶκος Ὀλυμπιονῖκαι πάντες	112 (4) Ὀλυμπιονίκης ὁ ἐξ Ὀλυμπιονικῶν οἴκου
271 (25), 282 (22) καὶ οὐ χρὴ θαυμάζειν	28 (7), 30 (21) καὶ οὐ χρὴ θαυμάζειν
273 (9), 264 (30) ἐγγυητὰς τοῦ σώματος καταστῆσαι	14(20) καθιστάντα ἐγγυητὴν τοῦ σώματος
275 (33) ἠγνοηκέναι δόξομεν	72 (27) ἠγνοηκέναι . . . δοκοῦσιν
282 (26) διενηνόχασι δὲ . . . . . . μικρά τε καὶ μείζω	14 (10), 18 (25) ἐγοργίαζον μικραὶ καὶ μείζους πόλεις
283 (1) κοῖλοι τὴν γαστέρα cf. 285 (24)	115 (3) καὶ γαστρὶ κοίλῃ χρήσασθαι
283 (16) ὡς ἐγὼ τῶν πρεσβυτέρων ἤκουον . . .	84 (27) ὡς γὰρ τῶν πρεσβυτέρων ἤκουον . . . cf. 74 (8), 87 (20), 90 (1), 99 (4)
284 (16) τοῖς μὲν γὰρ δεῖ κέντρου, τοῖς δὲ ἡνίας	100 (29) δεῖ γὰρ . . . τοῖς μὲν λεγομένοις ἡνίας, τοῖς δὲ . . . . κέντρου
286 (26) λαμπρᾷ τῇ φωνῇ	82 (31) λαμπρᾷ τῇ φωνῇ

Quid multa? ad reliqua pergamus jamque pauca commemoremus, quae praebent

Gymnasticus	et Heroicus:
261 (9) *ἐς ἐκείνας ἀποκείσθω σοφία*	164 (29) *ἀποκείσθω . . . ὁ λόγος ἐς τὰ . . .*
269 (19) *νοσήματα, ὁπόσα . . . ὑδέρους καὶ φθόας ὀνομάζομεν*	148 (1) *τὰς φθόας καὶ τοὺς ὑδέρους καὶ τὰς . . . . . . νόσους*
273 (15) *ἐπεὶ δὲ ἐπιρρεῖ τῶν τοιούτων ὄχλος*	148 (23) *πολὺς ἐπιρρεῖ τῶν τοιούτων ὄχλος*
276 (31) *καὶ αὐχὴν ἀνεστηκώς* cf. 277 (14), 279 (24)	200 (23) *αὐχὴν ὀρθὸς καὶ ἀνεστηκώς*
284 (13) *ἔρρωνται τῷ ἑτοίμῳ τῆς γνώμης* cf. 283 (5)	175 (1) *ὑπὸ τοῦ τῆς γνώμης ἑτοίμου,* 197 (19) *τὸ ἕτοιμον . . . τῆς γνώμης*
284 (26) *οἱ δὲ ταύρους ἀπαυχενίζοντες*	190 (1) *καὶ ἀπαυχενίσαι ταῦρον*
286 (4) *ἦρξε : . . . καὶ τοῦ πωλεῖν τε καὶ ὠνεῖσθαι* 287 (3) *τοῦ δὲ πωλεῖν τε καὶ ὠνεῖσθαι*	129 (15) *ἐνταῦθα πωλεῖν τε χρὴ καὶ ὠνεῖσθαι* cf. 129 (26)
286 (26) *λαμπρᾷ τῇ φωνῇ*	174 (8) *λαμπρᾷ τῇ φωνῇ.*

Insequantur denique

Gymnasticus	et Imagines priores:
261 (9) *ἐς ἐκείνας ἀποκείσθω σοφία*	363 (4) *ἐς τὰ ὄργια ἀποκείσθω . . . .*
262 (9) *τὸ ἐς δένδρα ἧκον*	294 (2), 370 (17) *τὸ ἐς ὄνυχας ἧκον*
266 (23) *ἐν κοίλῃ Ἀρκαδίᾳ*	387 (18) *κοίλην Ἀρκαδίαν οἰκοῦσα*

Gymnasticus et	Imagines priores:
271 (25), 282 (22) καὶ οὐ χρὴ θαυμάζειν	316 (2) καὶ οὐ χρὴ θαυμάζειν
274 (5) ὑφαίμων ὀφθαλμῶν ἤθη	367 (5) τὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἦθος
276 (31), 277 (14), 279 (24) καὶ αὐχὴν ἀνεστηκώς	359 (26) ὁ αὐχὴν ἀνέστηκεν
279 (20) ὤμοις τὸν αὐχένα ἐπεζευγμένος	374 (24) αὐχὴν ἐπέζευκται τοῖς ὤμοις
280 (12) ἐν ἐπαγγελίᾳ πάλης . .	300 (12), 317 (30) ἐν ἐπαγγελίᾳ τοῦ βαδίζειν
288 (28) τῆς ἐπιπολαζούσης εὐεξίας . . .	339 (27) ὑπὸ τῆς ἐπιπολαζούσης πιμελῆς . . .

Haec atque talia ex singulis libris plura etiam afferre possum, sed jam ex eis, quos supra commemoravi, locis satis intellegi posse puto persimile esse dicendi genus in Philostratorum scriptis observatum.

V.

Quae pertineant ad stabiliendum meum de Philostratis judicium.

Quibus rebus absolutis jam aggrediar ad comprobandam meam de Heroico et Imaginibus prioribus sententiam. Atque his, quae insequuntur, argumentis, si non singulis, tamen in unum contractis demonstrari equidem arbitror et planum fieri „Heroicum et Imagines priores“ — haec enim opera non esse sejungenda supra exposui — alius esse auctoris atque „vitam Apollonii, vitas sophistarum, Gymnasticum“.

A. Afferantur jam ea, quae dicendi genere sunt diversa.

a) Atque codices habent conjunctionem „ἤν“ his locis:

Vit. Apoll.: 11 (14), 23 (9), 30 (14) (19), 42 (32), 49 (11), 55 (7) (28), 63 (14), 85 (27), 112 (5), 150 (7), 158 (9), 159 (21), 169 (4), 181 (17) (19) (22), 184 (2), 191 (5) (8), 196 (20) (30), 199 (11), 205 (16), 211 (16), 242 (6), 244 (26), 253 (32), 262 (9), 264 (13), 269 (9) (14), 275 (29) (31), 276 (13), 281 (19), 293 (14), 305 (32), 313 (3), 314 (17), 318 (20).

Vit. soph.: 9 (10) (12), 13 (9), 25 (10), 88 (17), 90 (29).

Gymnast.: 266 (20), 275 (20), 277 (19), 277 (22) (24), 279 (10), 282 (1), 289 (6).

„Vita Apoll., vitae soph., Gymnast.“ haud raris locis exhibent conjunctionem „ἤν“, cum in „Heroico et Imaginibus prioribus“ nunquam ea inveniatur, sed „ἐάν, ἐπάν, κἄν“ etc.

b) Locutio: „κατὰ τοὺς χρόνους, οὕς“ his locis fit obviam:

Vit. Apoll.: 197 (27), 254 (10), 272 (25), 308 (7), 309 (19)—318 (3), 337 (21);

vit. soph.: 7 (20), 47 (26), 63 (9), 73 (18), 92 (28), 98 (17), 101 (20), 115 (28);

Gymnast.: 262 (32)—278 (4).

In „Heroico et Imaginibus prior.“ hanc locutionem nusquam repperi, cum ejus usurpandae data esset occasio velut in

Heroico: 191 (28), 194 (12), 196 (19), 204 (15), 206 (20), 212 (3);

Imag. prior.: 332 (6), 346 (4), 352 (31), 358 (15), 384 (29).

c) Philostratus II. in scriptis suis persaepe utitur locutione: „καθίστασθαι εἰς“, „καθιστάναι ἑαυτὸν εἰς“, „καθιστάναι τινά εἰς“ loco verbi simplicis:

vit. Apoll.: 99 (21), 179 (7) ἐς ἔπαινον καθίστασθαι = ἐπαινεῖν

140 (27), 336 (5) ἐς ἐπίπληξιν κατέστη

149 (15), 221 (5), 299 (11) ἐς λόγον καθίστασθαι

161 (31) ἐς ἐγκλήματα καθίστασθαι

193 (24) ἐς ἀδολεσχίαν καθιστάμενοι

212 (26), 228 (26), 290 (31) ἐς διαβολὰς καθίστασθαι

227 (25), 234 (19) *ἐς ἔλεγχον καταστάς*
234 (2) *ἐς τὸ δρᾶν κατέστησαν*
248 (8) *ἐς μίμησιν καταστῆναι*
251 (32) *ἐς ἔννοιαν καθίστασο*
256 (10) *καθιστάμενος ἐς τὸ λοιδορεῖσθαι*
294 (6) *ἐς νουθετήσεις καθισταμένου*
332 (28) *ἐς κόμπον καθίστασθαι* —
175 (15) *ἐς τὸ κοινὸν ἑαυτὸν κατέστησεν*
177 (3) *ἐς ἔρωτα αὐτὸν κατέστησεν*
238 (4) *καθιστὰς δὲ καὶ ἑτέρους ἐς τὸ μὴ ἀδικεῖν*
249 (32) *κατέστησεν αὐτοὺς ἐς ἔννοιαν*
302 (8) *κατέστησεν ἡμᾶς ἐς ἀγῶνα.*

vit. soph.: 7 (9), 24 (12), 116 (12) *ἐς ἐπαίνους καταστάς*
64 (21) *ἐς ξυμβουλίαν καθιστάμενος*
68 (18) *καθίστατο ἐς διαβολάς*
91 (31) *ἐς μνήμην καθίσταιντο*
110 (13) *ἐς διαφορὰν κατέστη* —
46 (3) *ἐς ἐγκώμια κατέστησεν αὐτόν*
84 (1), 101 (5) *ἐς ἀπέχθειαν κατέστησεν ἑαυτόν*
90 (22) *ἐς μίμησιν ἐμαυτὸν καθιστάς.*

Gymnast.: 272 (13) *ἐς ἔρωτα θανάτου κατέστησεν*
274 (17) *τὸν γυμναζόμενον ἐς δοκιμασίαν καταστῆσαι.*

Qui verborum anfractus atque circuitus in Imaginibus prior. nusquam [1]) mihi occurrit, quamquam saepius copia adhibendae ejus locutionis est facta; ut aliis omissis paucos locos ejus modi commemorem: 295 (5), 297 (14), 298 (17), 308 (19), 316 (22), 340 (14), 387 (17); aeque in Heroico haec eadem data est facultas velut: 166 (32), 182 (29), 188 (27), 196 (8), 201 (5), 210 (12), 211 (31), 217 (23), neque tamen usquam, unum, si exceperis locum: 161 (6), illa verba „*καθίστασθαι ἐς* . .“ inveniuntur.

d) Usus locutionis: „(*ἐγὼ*) *δηλώσω, δηλῶσαι βούλομαι, δεδήλωκα*“ Philostrati II. est proprius:

Vit. Apoll.: 25 (12) *ἐγὼ δὲ οἷ τὸ ἐνύπνιον τείνει δηλώσω*
77 (24) *ὅσον πλεονεκτοῦμεν, . . . ἐγὼ δηλώσω*
79 (15) *ὡς δοκεῖ, . . . σαφῶς δηλώσω*

1) Vocabulum „*καθίστασθαι*“ aliam vim habet 321 (16) = se colligere; propria verbi significatio invenitur 342 (19).

86 (21) ὃν δὲ εἴρηται τρόπον, ἐγὼ δηλώσω
165 (23) λόγου ἄξια δηλώσω μᾶλλον
201 (7) ὁπόθεν ξυνέβη, δηλῶσαι βούλομαι
205 (7) ὅ,τι βούλεται, . . . ἐγὼ δηλώσω
254 (12) ὅ,τι ἑκάστῳ ὄνομα, δηλώσω αὐτίκα
266 (19) ὅτι οὐκ ἦν μοι διαφυγεῖν, δηλῶσαι βούλομαι
299 (20) ὁπόθεν ἐφιλοσοφήθη, δεδήλωκα.

Vit. soph.: 16 (7) ὁποίαν ἔχει φύσιν, ἐγὼ δηλώσω
28 (14) ὡς δὲ ἠγνοήκασιν, . . . ἐγὼ δηλώσω
36 (9) πόθεν εἴρηται, ἐγὼ δηλώσω
47 (22) ὅπως ἔσχε, δηλῶσαι βούλομαι
113 (17) ἕτερα, ἃ ἐγὼ δηλώσω
121 (19) πῶς συνέβη, δηλῶσαι ἀνάγκη.

Gymnast.: 262 (19) ὅπως ξυνέβη, δηλώσω ὕστερον
269 (2) ὁπόσον μετέσχηκεν, ἐγὼ δηλώσω
276 (5) ὁποίους ἀνήσει, δεδήλωκα
291 (26) τουτὶ δὲ ὁπόσον ἄξιον, οἱ νόμοι δηλοῦσιν.

Sed haec atque talia in „Heroico et in Imaginibus prior." nullo obviam fiunt loco; exponatur jam, quibus verbis auctor librorum, quos modo commemoravi, utatur hac in re.

Atque Heroicus quidem exhibet:

142 (11) ὥπλισται δὲ ἢ τί; Χλαμύδα ἐνῆπται
145 (32) καὶ ὁπόσα . . . παραλέλειπται, δίειμί σοι μικρὸν ὕστερον
146 (2) καὶ τὸν λόγον δὲ τὸν Μύσιον ... αὐτίκα ἀποτελοῦμεν
155 (1) καὶ ὅσα . . . . λέγεται πράττειν, ἐγώ σοι ἀπαγγελῶ ὕστερον
164 (29) καὶ ἀποκείσθω μοι ὁ λόγος οὗτος ἐς τὰ τοῦ Ἀχιλλέως ἔργα· δίειμι γὰρ . . . . . ὅσα ἤκουσα
167 (17) κἀκεῖνά μοι Ἀντιλόχου ἑρμηνεύει
176 (24) καὶ τὰ . . Παλαμήδους ὧδε ἀπαγγέλλει
181 (17) ὧδε τὰ περὶ αὐτὴν εἶχεν
184 (28) τὰ δὲ Ὀδυσσέως οὑτωσὶ φράζει
191 (19) ἄκουε καὶ τὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου
193 (4) ταῦτα περὶ τῶν Τρώων δίεισιν
193 (5) λοιπὸν δ' ἡμῖν ... τὸν τοῦ Ἀχιλλέως ἀποτελέσαι λόγον
197 (27) ἤκουσα δὲ κἀκεῖνα, θύειν μὲν αὐτόν

211 (17) *καὶ λέγει περὶ αὐτῆς τοιαῦτα, ὡς*
217 (8) *ὁποῖόν τι αὐταῖς ἐπράχθη . . . . λεγέσθω μᾶλλον.*

Venio jam ad Imagines priores:

303 (5) *λέξω καὶ τὴν πάλην*
312 (19) *τοιοῦδε μύθου φέρει σύμβολα*
315 (17) *βροντὴ . . . . . λόγου τοιοῦδε ἅπτεται*
322 (7) *τίς ἡ γραφή; τὸν Διόνυσον . . . λοχῶσι Τυρρηνοί . . .*
327 (10) *αὐτοὶ δὲ ἡμεῖς, ὥσπερ γέγραπται, λέγωμεν*
331 (11) *τίς οὖν ἡ κλοπή; βοῦς . . . ἄγει*
339 (22) *κἀκεῖνο ἥδιστον· ἐπὶ φύλλων κράδης μέλι . . .*
351 (9) *ὡς ἤρα ἡ Τυρὼ τοῦ ὕδατος, Ὁμήρῳ λέλεκται*
351 (12) *οὑτοσὶ δὲ ὁ λόγος ἕτερος· . . . ἐρᾷ ἡ Κρηθηΐς . . .*
352 (4) *λέξω . . . καὶ τὴν τοῦ θαλάμου τέχνην*
352 (8) *τί δ᾽ οὐκ ἐᾷς καὶ τὰ λοιπὰ διεξιέναι τῆς γραφῆς; εἰ βούλει, καὶ τὴν Κρηθηΐδα διαγράψωμεν . . . . . λεγέσθω τοίνυν*
359 (17) *ὁ μὲν δὴ λόγος τῆς γραφῆς οὗτος*
361 (6) *γνώμη δὲ ἐς τὸν πλοῦν ἥδε*
384 (24) *ἡ πυρὰ . . . . ἐπὶ τοιοῖσδε, ὦ παῖ, γέγραπται.*

Heroicum et Imagines priores qui scripsit, eis locis, quibus in vita Apollonii, vitis sophistarum, Gymnastico vox „*ἐγὼ δηλώσω*“ etc. invenitur, aliis verbis utitur, quae supra attuli. Exempla vocabuli „*δηλώσω* . . . .“ nulla repperi[1]). Atqui, si auctor vitae Apollonii etc. idem scripsisset Heroicum et Imagines priores, cur his in libris non easdem, quas ibi, sed alias hac in re usurparet locutiones? Sed haec hactenus.

B. Progrediamur iam ad eas res, quae inter se contrariae sunt; repugnantia enim quaedam ac discrepantia rerum reperitur, si Heroicum cum vita Apollonii compares.

a) Atque de Thessalis haec (inter se repugnantia) commemorantur

Vita Apollonii:	Heroicus:
135 (21) „*ἐντετύχηκά σοι, πάλαι δεόμενος ἀνδρὸς τοιοῦδε·*	209 (14) *ταῦτα, ξένε, τὰ οὕτω σεμνὰ καὶ ἀρχαῖα . . . . ἀμε-*

1) Aliter verbum *δηλόω* (*ὑπο — ἐπιδηλόω*) usurpatum est a) in Heroico: 134 (20), 172 (28), 200 (22), b) in Imag. prior.: 295 (26), 297 (5), 299 (8), 301 (11), 306 (13), 316 (29), 317 (25), 323 (21), 331 (21), 334 (1), 337 (19), 341 (13), 362 (9), 363 (7), 372 (12), 373 (5), 380 (16), 384 (20).

Vita Apollonii:

Θετταλοὶ γὰρ τὰ ἐναγίσματα χρόνον ἤδη πολὺν ἐκλελοίπασί μοι, καὶ μηνίειν μὲν οὔπω ἀξιῶ, μηνίσαντος γὰρ ἀπολοῦνται μᾶλλον ἢ οἱ ἐνταῦθά ποτε Ἕλληνες, ξυμβουλίᾳ δὲ ἐπιεικεῖ χρῶμαι, μὴ ὑβρίζειν σφᾶς ἐς τὰ νόμιμα, μηδὲ κακίους ἐλέγχεσθαι τουτωνὶ τῶν Τρώων, οἱ τοσούσδε ἄνδρας ὑπ' ἐμοῦ ἀφαιρεθέντες δημοσίᾳ τε θύουσί μοι καὶ ὡραίων ἀπάρχονται καὶ ἱκετηρίαν τιθέμενοι σπονδὰς αἰτοῦσιν, ἃς ἐγὼ οὐ δώσω· τὰ γὰρ ἐπιορκηθέντα τούτοις ἐπ' ἐμὲ οὐκ ἐάσει τὸ Ἴλιόν ποτε τὸ ἀρχαῖον ἀναλαβεῖν εἶδος, οὐδὲ τυχεῖν ἀκμῆς, ὁπόση περὶ πολλὰς τῶν καθῃρημένων ἐγένετο, ἀλλ' οἰκήσουσιν αὐτὸ βελτίους οὐδὲν ἢ εἰ χθὲς ἥλωσαν. ἵν' οὖν μὴ καὶ τὰ Θετταλῶν ἀποφαίνω ὅμοια πρέσβευε παρὰ τὸ κοινὸν αὐτῶν ὑπὲρ ὧν εἶπον." „πρεσβεύσω", ἔφην „ὁ γὰρ νοῦς τῆς πρεσβείας ἦν μὴ ἀπολέσθαι αὐτούς".

Heroicus:

ληθῆναι .... φασὶν .... ὑπὸ τῆς Θετταλίας· αἱ μὲν γὰρ ἔπεμπον τῶν πόλεων, αἱ δ' οὐκ ἠξίουν, αἱ δὲ ἐς νέωτα πέμψειν ἔφασαν, αἱ δὲ κατέβαλλον τὸ πρᾶγμα .... 209 (26) *Θετταλοὶ μηδίσαντες ἐξέλιπον πάλιν τὰ ἐς τὸν Ἀχιλλέα νόμιμα ....* 209 (29) *ἐπεὶ δὲ Ἀλέξανδρος .... τὴν μὲν ἄλλην Θετταλίαν ἐδουλώσατο .... ἐπεστράφησαν οἱ Θετταλοὶ τοῦ Ἀχιλλέως ....* 210 (8) *... ξυνέστειλαν οἱ Θετταλοὶ τὰ ἐναγίσματα καὶ ἔπεμπον ἄρνα μέλανα. τῶν δὲ ἐναγιζόντων οὔτε ἀφικομένων ... ἐμήνισεν ὁ Ἀχιλλεύς, καὶ ὁπόσα τῇ Θετταλίᾳ ἐνέσκηψεν εἰ διεξίοιμι ......* 210 (19) *ἀλλὰ νῦν, ἔφη, διενεχθεὶς αὐτῷ ἥκω, Θετταλοῖς γὰρ ὑπὲρ τῶν ἐναγισμάτων μηνίοντα αἰσθόμενος „ἐμοί", ἔφην, ... „πάρες τοῦτο". ὁ δ' οὐ πείθεται, φησὶ δ' αὐτοῖς κακόν τι ἐκ θαλάττης δώσειν. καὶ δέδια, μὴ παρὰ ... Θέτιδος εὕρηταί τι αὐτοῖς ὁ δεινὸς ἐκεῖνος καὶ ἀμείλικτος".*

In vita Apollonii igitur Achilles describitur esse animo placabili et ad deponendam offensionem molli, at in Heroico idem ille se praebet implacabilem et inexorabilem.

b) De Achillis morte haec mihi non plane inter se convenire videntur

Vita Apollonii:

136 (10) „κεῖμαι μέν“, εἶπεν, „ὡς ἔμοιγε ἥδιστον καὶ Πατρόκλῳ ἐγένετο, ξυνέβημεν γὰρ δὴ κομιδῇ νέοι, ξυνέχει δὲ ἄμφω χρυσοῦς ἀμφορεὺς κειμένους, ὡς ἕνα. Μουσῶν δὲ θρῆνοι καὶ Νηρηίδων, οὓς ἐπ' ἐμοὶ γενέσθαι φασί, Μοῦσαι μὲν οὐδ' ἀφίκοντό ποτε ἐνταῦθα, Νηρηίδες δὲ ἔτι φοιτῶσιν.“

Heroicus:

205 (17) ἃ δὲ τῷ Ὁμήρῳ . . . . . εἴρηται, ... ὡς ἀποθανόντα Ἀχιλλέα Μοῦσαι μὲν ᾠδαῖς ἐθρήνησαν, Νηρηίδες δὲ πληγαῖς τῶν στέρνων, οὐ παραπολύ φησι (Ἀχιλλεύς) κεκομπάσθαι, Μούσας μὲν γὰρ οὔτε ἀφικέσθαι, οὔτε ᾆσαι, οὐδὲ Νηρηίδων τινὰ ὀφθῆναι τῷ στρατῷ, καίτοι γιγνωσκομένας ὅτι[1]) ἥκουσιν.

Ibi enim Nereides ne sepulto quidem Achille apparere destitisse exponitur, hic ullam earum Thetidis filio mortuo ab exercitu conspectam esse negatur, quamquam cognoscuntur, cum adveniunt.

c) De Helena denique haud scio an non inter se congruant illa verba

Vita Apollonii:

136 (23) „πολύν“, ἔφη, „χρόνον ἐξηπατώμεθα πρεσβευόμενοί τε παρὰ τοὺς Τρῶας καὶ ποιούμενοι τὰς ὑπὲρ αὐτῆς μάχας, ὡς ἐν τῷ Ἰλίῳ οὔσης, ἣ δ' Αἴγυπτόν τε ᾤκει . . . . ἁρπασθεῖσα ὑπὸ τοῦ Πάριδος. ἐπεὶ δὲ ἐπιστεύθη τοῦτο, ὑπὲρ αὐτῆς τῆς Τροίας λοιπὸν ἐμαχόμεθα.“

Heroicus:

163 (21) ἐξῃρήσθω δὴ ὁ ἀγών, ὅν φησιν Ὅμηρος ἀγωνίσασθαι τῷ Μενέλεῳ τὸν Πάριν ἐπὶ σπονδαῖς τοῦ πολέμου· κατ' Αἴγυπτόν τε γὰρ τὴν Ἑλένην εἶναι καὶ τοὺς Ἀχαιοὺς πάλαι τοῦτο γιγνώσκοντας ἐκείνῃ μὲν ἐρρῶσθαι φράζειν, μάχεσθαι δὲ ὑπὲρ τοῦ ἐν Τροίᾳ πλούτου.

Auctor „vitae Apollonii“ memoriae prodit Graecos longum per tempus deceptos atque in errorem inductos judicasse Helenam intra Troiae moenia versari, at „Heroicum“ qui confecit, Troianorum adversarios jam pridem cognitum habuisse in Aegypto esse Helenam nobis narrat.

Itaque, cum complura inveniantur in vita Apollonii et in He-

---

1) codex Heroici „G“ habet „ὅτι“, codices „E, B“ exhibent „ὅτε“.

roico, quae inter se discrepent, haec scripta uni eidemque Philostrato nihil esse attribuenda censeo. Nam et vitam Apollonii et Heroicum, si idem composuisset sophistes, hunc iterum atque saepius in uno libro de eadem re aliter atque in altero judicaturum fuisse haud ita verisimile esse existimo.

Atque haec quidem de rerum repugnantia; mihi jam scriptor Heroici ita vestigia ejus, qui vitam Apollonii conscripsit, universa legisse videtur, ut nonnunquam suam ipse sententiam immisceret atque iniceret narrationi.

C. Ut jam ad reliqua pergam, ea tractabo, quae ex imitatione profecta esse videntur.

Maximum enim documentum, unde apparet, quam nihil perfecti ad primum ullum exemplum exprimi possit, ea sunt, quae imitando sunt efficta [1]). Si non omnibus, tamen nonnullis locis imitatoris — quamvis sit sollers atque subtilis — ingenium deprehendetur atque vestigia imitandi apparebunt, cum ille interdum neque suo tempore neque loco, quae aliunde novit, ea in suum usum recte convertere sciat. Unde fieri potest, ut id, quod in primo aliquo exemplo optime quadrat, nonnunquam vel maxime legentis animum offendat, si nescio quis alius scriptor hoc suum contulerit in librum. Atque Philostratus II. et ipse quidem in scriptis suis: „vita Apollonii, vitis sophist., Gymnastico“ — haec enim Philostrati II. esse equidem jam mihi persuasi — nonnulla iterat, sed nusquam non sensus bene quadrat atque iteratio re ipsa posci videtur. Ut alia omittam, unum satis habebo afferre exemplum:

Imperatorem Domitianum nova vineta institui vetuisse, instituta deleri jussisse et in vita Apollonii [2]) et in vitis sophistarum [3]) eisdem fere verbis commemoratur, neque tamen hac de re ineptum esse videtur. Utrimque enim non sine causa haec afferuntur. Ibi Apollonius Ionibus auctor exstitit legationis de vitibus ad imperatorem mittendae, hic in vita Scopeliani cum alia afferuntur, tum prosper eventus legationis ab illo eadem de causa ad Domi-

1) „Der beste Beweis für die Unnachahmlichkeit des Originales sind die Nachahmungen“.

2) vit. Apoll. 252 (21) . . .

3) vit. soph. 33 (17) . . .

tianum susceptae commemoratur ac praedicatur, id quod nihil a descriptione vitae abhorret. Sed ne hac re humanissimum hujus libelli existimatorem diutius demorer, jam quae restant absolvam.

In scriptis Philostrati II. haud ita multa neque ea sine gravi causa iterantur, quos locos jam afferam omnes

Vita Apollonii:		Vitae sophistarum:
	De Neronis Isthmi scindendi consilio:	
143 (17...), 170 (24)		60 (4)
	De Prodici libello:	
215 (7...), 216 (16)		3 (25...)
	De Aeschyli in tragoediam meritis:	
219 (26...), 220 (6)		11 (20)
	De Aristide:	
237 (5...)		120 (27...)
	De magorum artibus:	
292 (23...), 305 (1...)		36 (7), 38 (18)
Vita Apollonii:		**Gymnasticus:**
	De artibus:	
305 (20...)		261 (1...)

Aliter res se habet in Heroico et Imaginibus prior. Permulti enim his in libris loci inveniuntur a Philostrato II. (in vita Apollonii maximam partem) jam tractati, quorum statim gravissimos commemorabo:

Vita Apollonii:		Heroicus:
	De Achillis capillo:	
135 (17...), 290 (6...)		152 (8...)
	De Thessalis:	
135 (22...), 142 (13...)		208 (7...), 209 (14...), 210 (20...)
	De Polyxena:	
136 (16...)		204 (24...)
	De Helena:	
136 (23...), 276 (23...)		163 (6...)
	De Palamede:	
137 (2...), 236 (24...)		160 (28...), 182 (26...), 183 (7...), 185 (23...), 195 (17...), 201 (20...)

De Achillis et Patrocli morte:	
156 (10...)	205 (18...), 206 (1...)
De gigantibus atque terrae motibus:	
177 (17...)	138 (10...), 139, 140 (1...)
De commercio:	
205 (6...)	129 (9...)
De Memnone:	
208 (4...)	167 (28...)
De Pythagora — Euphorbo:	
216 (28...), 307 (30...), 308 (5...)	192 (23...)
De Cyclopibus:	
223 (8...)	129 (7...)
De Telepho:	
253 (20...)	156 (7...), 159 (22...)
De pecunia etc.:	
305 (24...)	129 (13...)

Vita Apollonii:	Imagines priores:
De arte pingendi:	
64 (5...), 65, 66 (1...)	294 (1...)
De ovis noctuinis:	
115 (25...)	366 (25...)
De Vulcaniis ignibus etc.:	
174 (25...), 177 (14...)	365 (3...)
De Memnone:	
208 (5...)	304, 305 (22...)
De Cyclopibus:	
223 (8...)	369 (21...)
De Nilo flumine:	
241 (8...)	301 (15...)
De satyris:	
241 (20...)	325 (17...)

Atque Philostratum III. — hunc enim auctorem esse „Heroici et Imaginum prior.“ existimo — libros cognati sui, Philostrati II., iterum atque saepius perlegisse consentaneum sit; unde multa ille

in suos libellos contulisse videtur. Sed, ut jam supra dixi, vestigia imitatoris, quamvis sit ingeniosus, non omnia latebunt, sed nonnusquam manifesta apparebunt. Itaque, ut collaudanda est orationis altitudo atque elatio, ita imitandi studium Philostrati III. non aeque probandum esse equidem puto, praesertim cum ceteris rebus hic sophistes eximia indole praeter alios floruerit aequales, id quod antea pluribus exposui verbis. Levioribus igitur rebus omissis summa quaeque tantum tractabo statimque accedam ad Imagines priores.

a) Atque de montibus ignes eructantibus et de gigantibus haec habent

Vita Apollonii:

174 (25) *τὸν Τυφῶ δεδέσθαι ἐκεῖ καὶ πῦρ ἐξ αὐτοῦ ἀνίστασθαι, ὃ τύφει τὴν Αἴτνην, αὐτοὶ δ' ἐς πιθανωτέρους ἀφικέσθαι λόγους καὶ προσήκοντας τοῖς φιλοσοφοῦσιν* .... 177 (14) *ἐκεῖνοι (ποιηταὶ) μὲν γὰρ Τυφῶ τινα ἢ Ἐγκέλαδον δεδέσθαι φασὶν ὑπὸ τῷ ὄρει καὶ δυσθανατοῦντα ἀσθμαίνειν τὸ πῦρ τοῦτο.* . . . 177 (28) *τίς οὖν ἡ τῶν τοιῶνδε ὀρῶν αἰτία; γῆ κρᾶσιν ἀσφάλτου καὶ θείου παρεχομένη τύφεται μὲν καὶ παρ' ἑαυτῆς φύσει* ...

Imagines priores:

365 (13) *ἡ γραφὴ δὲ τὰ τῶν ποιητῶν ἐπαινοῦσα καὶ μῦθον τῇ νήσῳ ἐπιγράφει, γίγαντα μὲν βεβλῆσθαί ποτε ἐνταῦθα, δυσθανατοῦντι δ' αὐτῷ τὴν νῆσον ἐπενεχθῆναι δεσμοῦ ἕνεκεν, εἴκειν δὲ μήπω αὐτὸν, ἀλλ' ἀναμάχεσθαι ὑπὸ τῇ γῇ ὄντα καὶ τὸ πῦρ τοῦτο σὺν ἀπειλῇ ἐκπνεῖν.* 365 (9) *καὶ φιλοσοφεῖν μὲν βουλομένῳ τὰ τοιαῦτα νῆσος ἀσφάλτου καὶ θείου παρεχομένη κρᾶσιν*[1]*, ἐπειδὰν ὑφ' ἁλὸς ἀναβρωθῇ, πολλοῖς ἐκπυροῦται πνεύμασιν* . . .

In vita Apollonii Philostratus II. narrat Apollonium Catinam cum comitibus suis petentem Catinenses audivisse imbutos esse opinione Typhonem gigantem ex Aetna monte ignes evomere vinctum sub hoc jacentem; quam occasionem nactum Apollonium, quae vera huius rei causa esset, comitibus suis talium rerum ignaris exposuisse; non inepta igitur hoc loco ea est explicatio,

---

1) Semin. Vindobon. sodales legunt:
„*θείου παρεχομένη φύσιν.*“

sed causis extrinsecus allatis quasi poscitur. At minus jam apta esse mihi videtur eadem in Imaginibus prior. narratio. Descripta enim insula ignes eructante non pluribus jam hac de re opus erat verbis. Sed prae se ferens scientiam — meo judicio inprimis e vita Apollonii profectam — pergit deinde Philostratus III.:

„*καὶ φιλοσοφεῖν βουλομένῳ τὰ τοιαῦτα*“ imitans illa in vita Apollonii verba: „*αὐτοὶ δὲ ἐς πιθανωτέρους ἀφικέσθαι λόγους καὶ προσήκοντας τοῖς φιλοσοφοῦσιν*“.

b) Quae de Memnone in utroque libro commemorantur, haec sunt

Vita Apollonii:

208 (5) *Ἠοῦς μὲν παῖδα γενέσθαι αὐτόν (Μέμνονα) ἀποθανεῖν δὲ οὐκ ἐν Τροίᾳ, ὅτι μηδὲ ἀφικέσθαι ἐς Τροίαν, ἀλλ' ἐν Αἰθιοπίᾳ τελευτῆσαι βασιλεύσαντα . . .*

208 (15) *τὸ δὲ ἄγαλμα τετράφθαι πρὸς ἀκτῖνα μήπω γενειάσκον . . . . . .*

208 (20) *τὸ δὲ σχῆμα τοῦτο . . . . . . τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἧττον θαυμάσαι φασίν, ... προσβαλούσης δὲ τὸ ἄγαλμα τῆς ἀκτῖνος, τουτὶ δὲ γίγνεσθαι περὶ ἡλίου ἐπιτολάς, μὴ κατασχεῖν τὸ θαῦμα, φθέγξασθαι μὲν γὰρ παραχρῆμα τῆς ἀκτῖνος ἐλθούσης αὐτῷ ἐπὶ στόμα, φαιδροὺς δὲ ἱστάναι τοὺς ὀφθαλμοὺς δόξαι πρὸς τὸ φῶς, οἷα τῶν ἀνθρώπων οἱ εὐήλιοι.*

Imagines priores:

304 (28) *θρηνεῖται δὲ Μέμνων ὁ τῆς Ἠοῦς. τοῦτον ἀφικόμενον ἀμῦναι τῇ Τροίᾳ κτείνει, φασίν, ὁ τοῦ Πηλέως. . . . σκόπει γάρ, ὅσος κεῖται κατὰ τῆς γῆς . . . . . αἱ δὲ μετέωροι δαίμονες Ἠὼς ἐπὶ τῷ παιδὶ πενθοῦσα κατηφῆ ποιεῖ τὸν Ἥλιον καὶ δεῖται τῆς Νυκτὸς ἀφικέσθαι πρὸ καιροῦ . . . . . καὶ ἰδού, ἐκκέκλεπται καὶ ἔστιν ἐπὶ τέρμασι τῆς γραφῆς . . . τάφος οὐδαμοῦ Μέμνονος, ὁ δὲ Μέμνων ἐν Αἰθιοπίᾳ, μεταβεβληκὼς ἐς λίθον μέλανα, καὶ τὸ σχῆμα μὲν καθημένου, τὸ δὲ εἶδος ἐκεῖνο, οἶμαι, καὶ προσβάλλει τῷ ἀγάλματι ἡ ἀκτὶς τοῦ Ἡλίου· δοκεῖ γὰρ ὁ Ἥλιος οἱονεὶ πλῆκτρον κατὰ στόμα ἐμπίπτων τῷ Μέμνονι ἐκκαλεῖσθαι φωνὴν ἐκεῖθεν . . . .*

Apollonius in Memnonis sacrum traditur venisse, ubi huius Aethiopum regis erat sonans illa statua. Occasio igitur de Mem-

none ea enarrandi, quae modo summatim attuli, ita re ipsa est oblata illi. At in Imaginibus prior. tabula ζ' „Memnon mortuus" depingitur, cujus facie aliisque, quae huc pertinent, rebus descriptis, omnia jam satis sunt exposita. Itaque, quid insequentia illa verba „*τάφος οὐδαμοῦ Μέμνονος* . . . ." sibi velint, quomodo conveniant ad superiorem explicationem, nihil possum intellegere[1]). Equidem existimo Philostratum III. haec, quae in vita Apollonii (et alibi fortasse) perlecta memoria tenuerat, quacunque ratione descriptioni suae intexere studuisse, ut multarum variarumque rerum cognitionem iactaret.

c) Haec eadem mihi causa esse videtur illo de vi ovorum noctuinorum loco

Vita Apollonii:

115 (25) *πατρὸς δ' αὖ τινος εἰπόντος, ὡς γένοιντο μὲν αὐτῷ παῖδες, ἀποθάνοιεν δὲ ὁμοῦ τῷ ἄρξασθαι οἶνον πίνειν ὑπολαβὼν εἶπεν ὁ Ἰάρχας* .... *οἶνου μὲν οὖν ἀφεκτέον τοῖς ἐξ ὑμῶν, ὡς δὲ μηδὲ ἐς ἐπιθυμίαν ποτὲ οἶνου καταστaῖεν* ..... *τὴν γλαῦκα τὴν ὄρνιν χρὴ ἐπιφυλάττειν, οὗ νεοττεύει, καὶ τὰ ᾠὰ σπάσαντα δοῦναι μασᾶσθαι τῷ βρέφει συμμέτρως ἕψοντα, εἰ γὰρ βρώσεταί τι τούτων, πρὶν οἶνου γεύσεται, μῖσος αὐτῷ πρὸς τὸν οἶνον ἐμφύσεται* . . . . . .

Imagines priores:

366 (23) *ἀμφιλαφεῖς δ' οὕτω τι οἱ βότρυς, ὡς καὶ τῶν πετρῶν ἀπηρτῆσθαι καὶ τῇ θαλάττῃ ἐπικρέμασθαι, ὀπωρίζουσί τε προσπετόμενοι θαλάττιοί τε καὶ ἠπειρῶται ὄρνιθες, τὴν γὰρ ἄμπελον ὁ Διόνυσος παρέχει κοινὴν πᾶσι πλὴν τῆς γλαυκός, ἐκείνην δὲ μόνην ἄρα ἀπωθεῖται τῶν βοτρύων, ἐπειδὴ τοῖς ἀνθρώποις διαβάλλει τὸν οἶνον· ᾠὰ γὰρ τῆς γλαυκὸς εἰ φάγοι παιδίον νήπιόν τε καὶ ἄοινον*,[2]) *ἀπεχθάνεται τῷ οἴνῳ πᾶσαν τὴν ἡλικίαν, καὶ οὔτ' ἂν πίοι καὶ φοβεῖται*[3]) .*τοὺς μεθύοντας*.

1) Hoc de loco ut aliter censeam non possum adduci docti illius Brunnii explicatione. (Jahrb. f. Class. Philolog. suppl. IV. (1861—67) p. 237; ibid. XVII (1871) p. 12).

2) Sem. Vindob. sodales omittunt verba: „*νήπιόν τε καὶ ἄοινον*".

3) Idem exhibent: „*οὔτ' ἂν πίοι καὶ φοβοῖτο*".

Cum Apollonius cum Iarcha, principe sapientium Indorum colloqueretur, multos auxilio egentes eo venisse in vita Apollonii a Philostrato II. exponitur; in his fuisse patrem aliquamdiu beatum possessione liberorum; sed hos, simulatque vinum bibere coepissent, esse morbo absumptos. Huic igitur Iarchas suasit, ut, si rursus infans natus esset, observaret, ubi noctua nidificaret ejusque rapta ova mediocriter cocta infanti, priusquam vinum degustasset, praeberet comedenda; nam hoc si factum esset, vini taedium in eo natum iri neque unquam eum vini desiderio iri vexatum.

Nihil ergo eo loco legentis animum haec offendunt. Longe autem aliter res se habet in Imaginibus prioribus, ubi cum aliae describuntur insulae, tum una hedera et taxo et vitibus contecta, quae Liberi sacra putatur. Variis, quae ibi exstant, uvis commemoratis jam sic pergitur: „Adeo autem racemi luxuriantur, ut et ex saxis suspendantur et mari immineant, fructusque legunt cum marinae tum terrestres aves advolantes“.

His verbis tota res jam est transacta, sed auctor Imaginum prior. haec descripsisse nondum satis habet, sed illam „de ovis noctuinis“ narrationem — mea quidem sententia haud dubie e vita Apollonii petitam — omni modo huic explicationi innectere atque infercire studet ostentaturus multarum rerum scientiam. Inepta enim insulsaque eo loco mihi, quae insequuntur, verba videntur: „Communem enim omnibus vitem praebet Liber praeter noctuam, quae sola a racemis abigitur, quoniam hominibus vinum in odium adducit; noctuae enim ova si comederit puer parvulus adhuc et vini expers, omni aetate vinum aversabitur, neque ipse biberit et temulentos metuit“.

Sed haec hactenus; de imitandi enim studio satis dixisse videor. Ut jam eorum, quae supra exposui, summam faciam:

Auctorem vitae Apollonii, vitarum sophist., Gymnastici, si idem Heroicum et Imagines priores scripsisset, haec atque talia ex aliis suis scriptis non fuisse iteraturum, equidem existimo. Haud ita multa enim in vitis sophist. e vita Apoll. repetuntur, repetita autem ad sensum totius loci optime quadrant et, ut jam supra dixi, re ipsa quasi posci videntur. At scriptor Heroici et Imaginum priorum multa cum aliunde, tum (ea, quae supra attuli)

e vita Apoll. et vitis sophist. petisse videtur atque ea non ita convenientia nonnullis locis [1]).

VI.

Adstrictis igitur his argumentis nixus jam meam de singulorum operum auctoribus sententiam exponam.

Atque Heroicum et Imagines ab uno eodemque sophista esse confecta cum Suidas tum Menander rhetor testis est. At Imagines illae utrum priores an posteriores essent intellegendae, adhuc in contentione erat positum. Quae res jam sit transacta; nam in refutanda Rohdii sententia satis demonstrasse mihi videor cum ex rationibus tum e dicendi genere concludi et cogi posse non Heroicum et Imagines posteriores, sed Heroicum et Imagines priores una ejusdem esse auctoris.

---

1) Hoc idem consentiunt summatim: F. G. Welcker („Ep. Cycl." II. p. 204, n. 8). — K. Friederichs („Die Philostratischen Bilder" velut p. 53, 19—21; 54, 1—11; 103, 1—4; 117, 29—32; 121, 12—16; 159, n. 1; 177, 27 ...; 201, 6 ...). Idem (Jahrb. f. Class. Philolog. V. Suppl. B. p. 149, 12..; 180, 20—28). — Fridericus Matz („De Philostratorum in describendis Imaginibus fide" velut p. 72, 6...; 87, 1...; 92, 24...; 106, 18...; 112, 31...; 135, 8...; 136, 22...). — A. Kalkmann (Rhein. Mus. f. Philolog. Neue Folge 37 p. 397, 13...; 414, 23...). — Neque Brunnius, vir doctissimus, qui a Philostrato veras tabulas esse descriptas affirmat atque bene defendit, non potest confiteri illam de Vulcania insula expositionem p. 365, 3... subobscuram esse. (Jahrb. f. Class. Philolog. IV. Suppl. B. p. 295 n. 8). — Aeque ac Brunnius „Seminariorum Vindobonensium sodales" tenent illam Philostrati pinacothecam nihil fuisse commenticiam, at eidem concedunt restare in Philostrati libro non pauca obscura intellectuque difficilia. (Philostrati majoris Imagines, praef. p. XXVI, 15...).

Auctorem „Imaginum priorum" nonnihil e „Gymnastico" in suum convertisse opus J. Jüthner rectissime monet in eo libro, qui „Eranos Vindobonensis" inscribitur pag. 309. — A Philostratis non solum singula vocabula et locutiones, sed etiam locos quosdam e Xenophonte esse petitos exponere sibi proposuit C. B. van Wulfften Palthe (Dissertatio litteraria continens observationes gramm. et crit. in Philostratum, habita imprimis vitae Apollonii ratione) cf. pag. 2; 5; 19; 23.

Vitas sophistarum qui confecit, eum vitam Apollonii et ipsam descripsisse apparet cum ex Suidae testimonio tum ex illo in vitis sophistarum loco: 77 (5) *„τοῦτο μὲν δὴ ὁπόσοις τρόποις ἀπίθανον, εἴρηται σαφῶς ἐν τοῖς ἐς Ἀπολλώνιον.“* Accedit autem, — id quod maximum est — ut dicendi genere vitae sophist. et vita Apollonii plane inter se conveniant. Vitam Apollonii igitur et vitas sophistarum ab uno atque eodem sophista — Philostrato II. — scriptas esse optimo jure dixeris.

Et eadem, quae orationis a Philostrato II. usurpatae sunt propria, in Gymnastico et ipso omnia inveni, ut mihi jam videatur constare atque pro certo affirmari posse hunc, qui „Gymnasticus“ inscribitur, libellum et ipsum Philostrato II. esse attribuendum.

At Heroicum et Imagines priores non hujus sophistae, sed Philostrati III. esse, hoc quidem argumentis affatim comprobavisse mihi videor. Accedit quod Menandrum rhetorem illis verbis *„(Φιλοστράτου) τοῦ τῶν Ἡρωικῶν τὴν ἐξήγησιν καὶ τὰς Εἰκόνας γράψαντος“* distinguere voluisse verisimile est scriptorem Heroici et Imaginum priorum ab auctore vitae Apoll. et vitarum sophist. Cur enim, nisi res ita se haberet, ipsos hos duos afferret ille libros?

De epistulis, cujus Philostratorum sint, non certam audeo ferre sententiam [1]). Nam quamvis diligenter omnia perscrutatus in epistulis non tam multa invenire potui, unde eae et ipsae, quemadmodum Heroicus et Imagines priores certo judicio possent internosci et distingui.

A. Ut jam paucis haec omnia absolvam:

Philostratus I. scripsit Neronem teste Suida et ex illo Philostrati II. in vita Apoll. 179 (1) testimonio: *„καὶ ἐάσθω τὰ Μουσωνίου πλείω ὄντα καὶ θαυμασιώτερα, ὡς μὴ δοκοίην θρασύνεσθαι πρὸς τὸν (μὴ) ἀμελῶς αὐτὰ εἰπόντα“.*

Hunc enim locum ad Philostratum I. referendum esse equidem censeo.

---

1) Videntur quidem mihi epistulae amatoriae una cum Heroico et Imaginibus prioribus Philostrato III. attribuendae esse, Philostrato II. epistulae non amatoriae aeque atque *„διάλεξις“* illa et praecepta de scribendis litteris tradita. In his enim nonnulla, quae orationis Philostrati II. sunt propria, inveniuntur, in epistulis amatoriis non item.

Philostrato II. tribuenda sunt:

Vita Apollonii,
Vitae sophistarum,
Gymnasticus[1]).

Praeterea fortasse: Epistulae

Philostratus III. jam auctor est:

Heroici et
Imaginum priorum.

Quae cum ita sint, quartus jam his addendus erit Philostratus, cui adjudicandae sunt Imagines posteriores; confecit igitur

Philostratus IV.: Imagines posteriores.

Atque haec quidem de Philostratorum scriptis.

Quod Rohdius monet dubitandum esse quartum Philostratum tribus hujus nominis sophistis affingere, cujus ne nomen quidem nobis a Suida sit proditum, equidem existimo ex eis, quae supra exposui, satis superque patere atque apparere non temere quartum Philostratum ceteris esse additum.

At Suidae, qui ne hoc quidem noverit, illam „παράφρασιν τῆς Ὁμήρου Ἀσπίδος“ decimam esse tabulam Imaginum posteriorum modo ab ipso allatarum, huic igitur Philostratum IV. fuisse ignotum (fortasse minus, ut videtur, clarum) haud ita mirum sit. Atque rectissime Bergkium dicere existimo Imagines posteriores (quippe quae sint prae Imaginibus prioribus haud ita dicendi elegantia insignes) a veteribus plane esse neglectas[2]). Unde facile fieri potuit, ut Imagines posteriores nescio qua forte servatae scriptis aliorum Philostratorum postea intermiscerentur, cum jam nomen ipsarum auctoris (Philostrati IV.) oblivione obrutum interisset.

Quattuor igitur sophistas, Philostratos appellatos, — quorum quidem libri ad nos permanserunt — fuisse supra iam satis comprobatum sit. Quarto vero sophista tribus aliis addito difficultates in explicandis illis Suidae et auctoris Imaginum posteriorum testi-

1) „Gymnasticum“ Philostrati II. esse Christius, doctissimus vir, recte conjectavit.

2) Kayserus ea de re (in editione Turic. prooem. Imag. post. pag. 3) haec commemorat: „Quod autem seniori contigit, ut magno lectorum numero suas Imagines probaret, non aeque felix nepos fuisse videtur, sive citationem rarissimam spectas, sive codicum penuriam.“

moniis jam sunt nullae. Nam Suida teste fieri potuisse, ut Philostratus II. magnus avunculus idemque socer Philostrati III. esset, supra exposui, illa autem in Imaginibus posterioribus [390 (11)] verba pertinere ad Philostratum III., quem Philostratus IV. vocat avum, jam est consentaneum. Quae si probata erunt, illa quoque quaestione supersedebimus, Philostratusne II. exacta demum aetate libros suos confecerit, nonaginta tres annos aetatis expleverit ...., quae ita se habere necesse esset, si Philostratus II. (non Philostratus III.) illo verbo „μητροπάτωρ" commemoraretur.

B. Qua aetate unusquisque horum sophistarum floruerit, ut summatim repetam jam restat.

Atque Philostratum I. Neronis temporibus fuisse puto ex illo Suidae testimonio; tamen hunc auctorem erroris manifestum teneo, quod illum sophistam non avum, sed patrem vocat Philostrati II.

Philostratum II.[1][2][3] circiter annum CLXXI. in lucem esse editum ex eis intellegitur, quae attuli.

Philostratus III. autem, nepos ex sorore Philostrati II., natus est circiter annum CXCI ex illo in vitis sophistarum: 117 (11) et 122 (20) loco. Cujus jam nepos est addendus his, quos modo commemoravi, sophistis

Philostratus IV. natus fere circiter annum CCXXXV vel CCXL.

---

1) De ejus cognomine „Τυρίου" non liquet mihi. Meursius censet Tyrium esse Aegyptium illum in vitis soph. 6 (19) commemoratum. — Vossius emendato loco restituendum esse existimat „Μυριναίου" pro Τυρίου. — Kayserus corrigit „Συρίου". — Bergkius nihil certi hac de re affert.

2) Illum apud Suidam locum: „Φρόντων Ἐμισηνὸς ῥήτωρ, γεγονὼς ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασιλέως ἐν Ῥώμῃ. ἐν δὲ Ἀθήναις ἀντεπαίδευσε Φιλοστράτῳ τῷ πρώτῳ καὶ Ἀψίνῃ τῷ Γαδαρεῖ" ad Philostratum II. referendum esse, non ad Philostratum I., Rohdio ita assentior, ut judicem hunc locum non multum valere ad ipsius sententiam stabiliendam; nam hic error nescio an revocandus sit ad illa in Suida verba: Φιλόστρατος . . . . . . καὶ αὐτὸς δεύτερος σοφιστὴς . . . . . . πλὴν πρῶτος ὀφείλει κεῖσθαι.

3) Cur Clinton (Fasti Romani a. 239 I. pag. 257) putet Philostratum II. non plus quam decem annis natu maiorem fuisse Philostrato III., non intellego.

C. Quae omnia jam brevi in conspectu ponam:

Natus aetate:		Scripsit:
	Verus	
Neronis	Philostratus I.	Neronem
	[Filia]?	
Marci Aurelii circiter annum CLXXI.	Filia — Philostratus II.	Vitam Apoll., vitas sophist., Gymnasticum (epistulas?)
	Nervianus — Filia I. Filia II.	
Commodi circ. a. CXCI.	Philostratus III.	Heroicum, Imagines priores
	Filia	
Alexandri Severi circ. a. CCXXXV.	Philostratus IV.	Imagines posteriores.

Prae magna orationis similitudine etsi non abunde certas dicendi leges afferre potui, unde differant inter se singulorum sophistarum opera, tamen nonnulla — quae supra attuli — repperisse mihi videor argumenta, quibus in unum coactis nixus jam affirmare possim „Gymnasticum“ Philostrato II. esse tribuendum, scriptori „Vitae Apollonii“ et „vitarum sophist.“; non ejusdem sophistae, sed Philostrati III. esse „Heroicum“ atque „Imagines priores“; Philostrato IV. autem, minus ceteris Philostratis, ut videtur, dicendi laude claro sophistae, esse adjudicandas „Imagines posteriores“.

Nonnullas conjecturas

denique, in quas incidi, velim mihi liceat afferre. Ac primum quidem de conjecturis a Cobeto [1]) in „vitas sophist.“ et in „Heroicum“ exhibitis pauca exponam:

a) In vitis soph. 28 (1) invenitur hic locus: *„φύσει μὲν γὰρ ἐπίφθονον χρῆμα ἄνθρωποι· διαβάλλουσι γοῦν . . .“*. Cobetus autem scribendum esse judicat: *„ἄνθρωπος“*; equidem numerum pluralem servandum esse puto; nam in vita Apollonii hi occurrunt loci: 153 (28) *„περίεργον αὐτῷ χρῆμα οἱ φιλοσοφοῦντές ἐφαίνοντο καὶ μαντικὴν συσκιάζοντες“*.

305 (21) *οἷς πᾶσιν ἐναντίον χρῆμα οἱ γόητες;* nisi forte dicendi consuetudo in vocabulo *„ἄνθρωπος“* postulat, ut *„ἄνθρωπος“* corrigatur.

1) Mnemosyne, nova series, vol. I. pag. 209 . . . . .

b) In vitis sophist. 108 (2) scriptum legitur: „*λιμένων προχώσεις*". Cobetus dicit „*πρό*" et „*πρός*" tralaticio errore confusa esse atque jam reponit: „*προσχώσεις* = aggerum objectiones; quod equidem probare non possum; nam invenitur in Heroico:

212 (15) „*προύχωσε τὴν ἰλὺν τῶν ποταμῶν*"; in Imaginibus prior.:

300 (26) „*ὅσος Αἰγύπτιος προεχύθη*".

c) Vitae sophist. 109 (23) exhibent: „(*Ἀντίπατρος*) *γράφει* .. ... *ἐπιστολὴν μονῳδίαν ἐπέχουσαν καὶ θρῆνον*". Ratio et usus Cobeto videntur postulare, ut scribatur pro „*ἐπέχουσαν*" mutata praepositione „*περιέχουσαν*"; equidem suadeam, ut emendetur: „*ἐπηχοῦσαν θρῆνον*" secundum illum in Heroico locum: 205 (30) „*θρῆνον ἤχησεν ὀξύν τε καὶ ἀθρόον*".

Atque haec quidem de Cobeti conjecturis.

d) In vita Apollonii 179 (2) hic invenitur locus: *ὡς μὴ δοκοίην θρασύνεσθαι πρὸς τὸν ἀμελῶς αὐτὰ εἰπόντα*". Olearius emendavit: „*ἐμμελῶς*" pro „*ἀμελῶς*" (ut rei sensus postulat). Ego existimo pro „*ἐμμελῶς*" scribendum esse (id, quod idem valet) „*πρὸς τὸν μὴ ἀμελῶς αὐτὰ εἰπόντα*". Philostratus II. enim haud raro „litote" utitur atque negatione „*μὴ*" cum participio pro „*οὐ*"[1]); negationem „*μὴ*" autem perfacile intercidere potuisse, quis est qui infitietur?

e) In Imaginibus prioribus [tab. *ιζ'* „*Νῆσοι*" p. 365 (11)] pro: „(*νῆσος*) *ἀσφάλτου καὶ θεῖον παρεχομένη κρᾶσιν*" Sem. Vind. Sod. censent legendum esse: . . . . *παρεχομένη φύσιν*; sed mihi vox „*κρᾶσιν*" servanda esse videtur respicienti illum in vita Apollonii: p. 177 (29 sqq.) locum: „*γῆ κρᾶσιν ἀσφάλτου καὶ θεῖον παρεχομένη τύφεται . . . παρ' ἑαυτῆς φύσει*".

---

1) In vita Apollonii tricies sexies, in vitis sophistarum quinquies decies, ter in Gymnastico.